

Lat. rec. II. ord. 469

DT

Aus der Bibliothek
des St. Mathias-Stiftes
zu Breslau.

Biblioth. Sive BIBLIDOS *Histor. Nat.*

MIRACVLORVM,

Whatis aut, si mauis, *Carid.*

OPERV M

DIVINORVM,

serie Biblica descriptorum

Libri decem. *754*

EDITI

à

M. ANDREA CALAGIO

VRATISL. POETA CAES.

Coronato.

*Non citra Priuilegium, gratia Cæs.
Maieſt. Autori indultum.*

LIPSIÆ,

IMPRIMEBAT MICHAEL LAN-

TZENBERGER.

Anno M. DC.

Deposito. 17. Oct. H. N. 2

Kat. Centr.



Qui: 300583

REVERENDO PLV-
RIMVM,

Nobili, & Magnifico, Dn.

IOHANNI
HENCEIO A' BLAN-
CKENBURG, SUPREMO
per Poloniam Silesiamq; Crucige-
rorum cum Stella Rubea, VRATI-
SLAVIAE ad S. Matthiam,
Magistro, &c.

*Domino & Patrono suo, vnicè
colendo.*



Vod initio sta-
tim suscepti labo-
ris huius sum su-
spicatus, fore, vt
publicè vel ædifi-
cantis, vel oculis
prætereuntium, quicquid etiam, ex-
ponentis modo, reprehensionem fa-
cilè, vel in crepida, essem incurfu-

A 2 rus, in

rus, in lucem proferendo noui Operis specimen, vsu mihi venit maxime. Nam varia (vt esse consueverunt) variorum de eo exitere iudicia, alijs inutilem, alijs vtilem reipub. nauare me literariae operam, affirmantibus. Vt autem illorum nihil moueret, horum vicit sententia, quod magni aliquid (intentatum profecto haecenus) audendo, ausumque animose vrgendo, non priuatum, sed publicum contenderim videri spectasse commodum. Equidem, meum quod inde sperauerim, exiguum plane fuit: nisi forte crebra quinquennij exercitatione habitus mihi comparatus, assurgendi non nihil carmine, praeter morem & virium, qua praeditus sum, imbecillitatem. Tametsi *ταυτολογίαν*, & ambitiosa copiosius dicendi ornamenta, seu affectatam eloquentiam exosus,

xosus, succincte loqui, laborauerim semper, vt vt modum hunc improbare potuerint facile non pauci, difficultatis siue obscuritatis, nescio cuius, nisi pueris forsitan, aut indoctoribus, malisque Grammaticis visae, effictorem. Habeant sane patior, & exosculentur, cum suum cuique placeat, ipsi sibi suum quoque scribendi ac dicendi, fabricandarum ut plurimum sibi met, nec petendarum a classicis autoribus formularum, genus atque arbitrium; illudque reminiscantur Horatij: Quot capitum viuunt, totidem studiorum esse millia: Seu, quod vulgo dicitur, quot capita, tot sensus. Genus sermonis & phraseos, non adeo discrepans, Latinis fuit antiquioribus, quos principes mihi proposui imitandos, aureo illo, quo mundi Seruator, Iani templo per Augustum Imperatorem,

)(3 bellis

bellis vndiq; & vndiq; pacatis, diu
clauso, nasci ex Virgine voluit, secu-
lo florentes: Sed elocutio, sed verbo-
rum coagmentatio, non semper fuit
eadē. Placuit plerisq; tenuiore, ple-
risq; mediocri, plerisq; sublimiore
scriptitare stylo; pro vt quisq; etiam
natura. duce vsus est. Ac quæ nostro-
rum, vt seculum istud fuit ferax Scri-
ptorum, in eo sit diuersitas, nemo
non videt. Quid? quòd plurimus, cō-
munem loquendi formam omninò
retenturus, naturam etiam furca ex-
pellens, vsq; tamen recurrentem ex-
periatur. Exemplis vt aliorum, odi-
osum fortassis fuerit. Mihi hoc acci-
disse, quid est, cū in oculos cuius-
uis incurrat, quòd inficier? Præter-
quam quòd paulò antè dicti, Venu-
sini Poætæ cōsiliū secutus, prodes-
se, manibus atq; pedibus enixè ope-
ram dederim, delectare etiam volui,
anti-

animumq; Legentis non superfun-
ctoriè, in quolibet commate & colo,
immò in qualibet propemodum vo-
cula, detinere, non mea illa, sed pro-
batissimorū, studio incredibili, atq;
retento accuratissimè Scripturæ sen-
su, breuitatē equidem amantis, nec
prorsus aspernantis quandam orati-
onis sublimitatem, sin aliter Theolo-
gorum admittuntur testimonia. Stu-
dii deinceps artificio, rarissimis qui-
busque obseruato, quo Maro vtitur
singulari, non temerè his aut illis li-
teris, siue Vocalibus siue Consonis,
passim concurrētibus: quemadmo-
dū Primi dedicatio præ se tulit. Ni-
mirum ocium, nō ab Augusto, non
â Meccenate, prædium aliquod sub-
urbanū, vbi Musæ meæ conuiesce-
rent, largito: sed casu, nescio quo, in-
expectato certè, Virtutis proculdu-
biò, tanquam in gymnasio athleta-
rum

rum more exercendæ causa, mihi factum, nouennij iam, Deo medijs, & non medijs, propemodum (quæ nostra est quandoq; trepidatio) minùs expectatis, me interea meosq; benignè sustentante, liberale me animauit, Creatori potiùs, quàm Creaturis, scenerari, & hoc ipsum, quod credidit fruendum, reddere, sed non sine usura (nouerit id ipse, qui nouit omnia, meliùs) talentum. Voti certè reus tenebar, facti iam olim, in morbo periculosissimo, detexenda **BRILIDE**: at laboriosum propter officiũ difficulter exoluendi, dum decennio primùm post facultas data abdicato. Ita bonum mihi Domine, quòd humiliasti me, vt discerem iustificationes tuas. Animârunt me exempla Veterum Ecclesiasticorum, simile quid in sacris carmine autorum, ultra tamen Genesin, quòd sciam, non

non progressorum. Accesserunt insuper stimuli Amicorũ, non de plebe illorum, sed autoritate ornatissimorum, mecũ rectiùs sentientium. Neq; enim omnes (plurimi tamen, quibus ignosco) fortunæ tonanti, & adhuc, sub climacteris alijs periodũ, contumaci, terga dedere. Præter Libellorum, singillatim hætenus, ac per intercapedinem, cũ scriptorum tum editorum, Patronos, nonnulli, Viri boni, sua in me, rebus, quæ se dignæ fuerunt, omnibus, auxerunt beneficia: ideoq; laude liberalitatis minimè quidem priuandi, verùm alibi (cùm hîc loci nihil ad Bacchum) per occasionem celebrandi. At te, isthoc præcipuè, quem verso, cardine, Vir ô & Antistes, præter inuidiæ expectatione, Deo chare, IOHANNES HENCEIE, summe mihi calamitatis publicæ, ac luis potissimùm nuperrimæ (ob
) (5 labam

labem animi non repulsam serio, re-
crudescētis prohdolor) tempore, Pa-
trone, silentio prætermittere, religio
mihi est. Ut verum (quid enim ob-
stat) fatear, cū ab amicis, cū à
propinquis, sicut tali periculo, nulla
vinculi ratione habita, fieri consue-
uit, ac quisq; sibi proximus est; deser-
tus ego, percussore Angelo mihi par-
cente, suas tamen copiosæ mæsis de-
cimas, Filiã scilicet suavissimam, ah
iam propè nubilem, vt alias id æta-
tis frequentissimas, & spem nepotū
præcocem inopinatò carpente, ino-
pia rerum impedirer: tu frumentum
tuum vermibus rodi potiùs, quod
ferunt nunc temporis plurimi, lu-
crum inde, in eius summa caritate,
Ægyptiacam illam septennij hæte-
nus æquante, captantes enorme, an-
nonamq; flagellantes; quàm in me
vt emetireris, minimè passus es, se-
cundum

cundum benignorum adhuc, quos
dixi, vnum atq; alterum: neq; pateris
etiam nurn, ita vt me beneficijs cu-
mulans, Operis, Deo clementer au-
xiliato, immò hortatu tuo, iam ad
umbilicum deducti, dedicationem
merearis vnus. Quid? quòd mēbra-
tim, & quasi lacerum antè diuulga-
tum, nunc integrum, suisq; absolu-
tum (quod velim) numeris, illud non
meis, non bibliopolarum, sed tuis
prodit sumptibus, haud meherculè
ijs tenuibus, nec in hunc finē, quem
tu per ocium, si quod à Sacrorum
reiq; familiaris administratione est
reliquum, Poëtarum non profano-
rum, sed sacra tractantium studio-
sissimus, eoq; Poëta dici si cuperes,
futurus haud postremus, rectissimè
perspicis, à quoquam facilè suppe-
ditandis; existimante, rectiùs in co-
messationes, rectiùs in structuras
magni-

magnificas rectius in luxum (vt verbo dicam vno) ambitione furentem, inq; parasitos, profundi argentum: quam in Dei, suiq; praecones modestos, exiguum quid conferri. Valeat, & in diem viuat sinamus, quisquis etiam est, ita affectus: memoriamq;, vnà cum facultatibus eius relictis oblitteratam, seu dignior, seu gulosior, meroq; pauimentum tingere hilarior abliguriat haeres. Neq; eam, invitam praesertim, nostro studio conseruatam, ob quaecunq; lucellum, cum & nefas arguatur, tantemmo poenitere. Magno autem emotui praeconia, magno emunt alij, tuam quoq; liberalitatem, & Pierides fouendi studium, experti: Deq; pluribus ille praecipue (cuius vti venia, ita honoris causa dictum velim) in Academia ad Viadrum, insignis Mathematicus, **ORIGANVS**. Quid sperem,

sperem, facturam, si qua futura est ab hoc, ruinam mundi minitante seculo, posteritatem? Immortales profecto illa tibi profitebitur gratias, quod plurima, ad vsum publicum facientia, secundum mea, & nunc prodeuntia, & mox, Deo vitæ longiorem nobis vsuram concedente, subsequutura, ab interitu vindicaris. Utq; id merito, locuples porro fuero testis, venula fontis mei, nondum plane ob ætatem ingrauescentem exiccata, in amnem penitus tuam iam deriuanda: Non indignante Sacratissimo Imperatore, Domino nostro clementissimo, Diuo **RVDOLPHO**, qui & tua & mea, pro virili cuiusq;, studia sibi mancipat omnia, ijsq; vt tuis indulset largius; ita meis, vel te intercedente, ocium mediocrius, ad Dei, suamq; & familiae Austriacæ, cui iuramento sum obstrictus

Stus, laudem, indulgebit. O tunc
felicem, si Alexandri illius Magni,
ad Achillis tumulum, exclamatione
abuti fas est, qui me virtutis suæ, iu-
niorem utinam, præconem inuene-
rit. O me fortunatum, qui in sene-
ctutis tandem meæ (crudæ prorsus
ac vegetæ citraque canos) baiulum,
fortisq; pertinacis seu castigatorem,
seu moderatorem, inciderim, votis
iam olim, ah ne frustra, desideratum
multiplicibus. Supperat modò, ad
victum & amictum quod satis est:
nec morabor inuidiæ, viuum me
non nisi clàm & sceleratè, mortuum
verò, quæ eius est malitia, & tum
demùm audacia, palàm criminatu-
ræ, calumniam, me cum Homero,
me cum Statio, me cum Ouidio,
dummodò aliquantisper expressis,
vel esurijisse, quod factum est nun-
quam, vel exulasse, quod similiter.

Priua-

Priuatum enim viuere, atq; hone-
stè, tametsi non locupletem, præser-
tim in patria, nulli rerumpubl. seu
religionis, seu legum, seu virtutum
studijs cedente, mihi non est esuri-
re, non est exulare. Hoc tuo, Patro-
norum optime, si secundum Deum
& Cæsarem, beneficio, fuero asse-
cutus, non in hac solùm, sed futura
etiam vita, Electis coram omnibus,
quorum confortio nos accessuros,
constantissimè credo contra Epicu-
reorum ἀπιστία καὶ σαρκίασμος, testa-
bor: Lingua tunc ad riui instar so-
nante, nunc quomocunq; bal-
butiente & impedita. Istud autem
spiritus huius reliquum, vt nobis ad
sui nominis gloriam vsurumq; pu-
blicum, non proroget solùm: sed et-
iam in actionibus regat omnibus
Saluator noster, quem tu, dum spi-
ras, speras vnicum, CHRISTVS
I E S V S

IESVS, cum Patre æterno, & Sancto Spiritu, gemitibus imo de corde profectis, precor atq; precabor. Vale. Lipsiæ, vbi typorum gratia, mensẽ, aut ampliùs eo, Septembrem, meis in Patria derelictis, substiti. Recuperatæ Salutis Anno 1600.

Reuer. & Nob.

Magnif. tua

addictis. Cliens

M. Andreas Calagius Vratiss.

BIBLI-

I
BIBLIDOS
Sive
MIRACVLORVM
DIVINORVM
Liber primus.

IN formas conuersa nouas, ab origine mundi
(tu, Corpora, fatorumq; vices, & mira rela-
Non tamen inferiora fide, memorare sonoro
Ore, sacer mentem stimulat furor. Vnde proteruum
Ferre pedem, Deus alme, iubes? Centisne ministra
Altiùs ingressus ratione, arcana reuoluam,
Angelicos lapsus, excussumq; æthere summo
Et Stygis æternis damnatum demona pœnis?
Aut quæ prima, Pater, rerum ante exordia forsan
Egeris? Unigenamue tuum vt de mente, te ipsum
Intuitus, generaris? & vt Spirabilis Aura,
Amborum indiuisus Amor, procedat utroq;
Cæca retrò series, & sensibus inuia nostris,
Nec nisi fors tentata tuo sine numine, cuiquam.
Hunc animum te dante mihi diuinius æstrum;
Te calamum moderante meum; & per singula solo
Te duce; nascentis si per primordia mundi
Expediat, penitusq; sequar, quo crimine tanto
Primus homo, Colubri insidys seductus & astu,
Misuertit mortale suæ genus omne ruina?

A

Vnde

Unde tibi ira tenax manuum in monumenta tuarū
 Quod Satanae crudelis opus? cui turpiter ausis
 Idem ille exciderit? Cur non, veteri arte doloq;
 Desinat aeternae socios adsciscere pœnae?

Atq; ideò illa sciens humanum extra omnia captum,
 Præteream. Celebranda mihi sint carminis ordo
 Facta Dei, quando acta Ducum sperare nec ausim,
 Quæq; pharetratum nunc arma parantur in hostem,

Tuq; fatigenti summum ô decus addite mundo,
 Quem regnis solioq; Patris longè antè potitum,

Affiduè superesse, sui petit Orbis amorem;
 Expellet te sero licet Plaga Laetisa, fortes
 Quæ regum heroumq; anima slipantur, eodem
 Collecta, iam accede Deo, RVDOLPHE, secundum
 Numen, & his age vela meis da grandia ceptis.
 Tempus erit, te dante (fuit, si fortè dedisses)

Quando flaminibus venti maioris iturus,
 Facta tua, Austriadumq; canam. Nunc mira potèris
 Vix satis acta referre Dei, mihi pleetra mouentur.

Seculorum, vitaq; satur, iam corporis agri
 Viribus amissis, dudum spaciosius animum
 Oderat ærumnosus Adam, longaq; traherat,
 Ipse sui impatiens, animam sub morte nocentem.
 Scilicet abstrusum latebris, seseq; professum
 Peccati opprobrium, crimenq; caputq; malorum,
 Conscia mens, dolor, atq; metus, contagia cordis,
 Exercent sine fine. Pudet cognata patentis,
 Quo temerè exciderat, caeli conuexa tueri,
 Statq; ita cunctari dilatam in secula mortem.

Sol ino-

Sol inopem videt omnis eum somniq; cibiq;
 Nec res vlla iuuat, quàm raro admissa tenacis
 Musica mœroris decus, ingratumq; leuamen.

Idq; notans, dilectus ei, quo iustior alter
 Non vnquam pietate fuit, sub tecta, metallo
 Effosso terra nondum laqueata, vocatis
 Patribus ad festas epulas, solito amplius Henoeh
 Instaurare diem: tritauo quem semper acerbum,
 Semper honoratum seruabat, origine rerum.

Augusta grauitate Viri, Seth secula degens
 Octo, Enos septem, Cainan sex, quinq; verendus
 Mahlaleel, sine labe Jared Vir quattuor, Hospes
 Terna, duo (humano viturvs longius auro)
 Mathusalas, & diuini tantummodò Lamech,
 Conueniunt, stratisq; thoris non arte, nec ostro,
 Secula fracturo quondam peiora, recumbunt.

At nutus intenta, minor stat turba, parentum.
 Pars manibus suffundit aquas, mantilia tonsis
 Præterduunt alij villis: Cerevemq; canistris
 Expediunt. Intus Neptes, quibus ordine mundum
 Cura penum struere, atq; focos adolere. Ministri
 Inde alij mensis epulas ac pocula ponunt.

Iamq; cibus capiendus erat: Sed sedibus imis
 Unus abest occultus Adam, iam iamq; caducam
 Certus in aeternis vitam finire tenebris.
 Ergo dapes stomacho agra mouent fastidia cunctis:
 Accitum placet ire Senem; multisq; negantem
 Cogere blanditijs, precibusq; & supplice fletu.
 At, veluti regina iugi, atq; oblita iuuenta

A 2

Iamdu-

Iamdudum, radice sua sub tartara tendent,
 Ac cælo commixta comas, immobilis hæret,
 Instet plaga licet non vna securibus Ilex
 Certatim strictis, multo dum vulnere tandem
 Victa colonorum, labefactaq; funibus artus
 Nutet, & acclinat frondosa cacumina terra:
 Sic precibus non victa gerens præcordia, flecti
 Indignatur Adam: Cælo nisi fortè sereno
 Prodigium accessisset. Apex è vertice Lamech
 Astantis, subito visus diffundere lumen,
 Et rutilas libare comas innoxia tactu
 Flamma leni, circumq; genas ac tempora pasci.
 Tum pater erectos ad conscia sidera vultus
 Extulit, atq; manus clara cum voce lenauit:
 O rerum supreme Sator, mihi desuper istud
 Augurium qui mittis, idem læto omine firma,
 Et nostros manifeste, doce ventura nepotes.
 Vix ea protulerat, cæli de parte serena
 Cùm fragor auditus clementis, & igne comanti
 Stella, secans per inane viam, præfaga cucurrit,
 Ac culmen delapsa super, se soluit in auras.
 Hoc alacris monstro Senior, consurgit, & assum,
 Quò nati inuitatis, ait. Simul accubat, antè
 Sede vacante sibi, nunquam conuiuia futurus.

Quis lucem satis ausus eam, mensasq; quis æquet
 Carmine, testantis non vnquam talia, vulgi
 Gaudia? Luxuriante domo, ludisq; fremente,
 Vix animo spes quisq; suas capit. Unus in ore
 Omnibus, vnus inest oculis per mutua fixis
 Ora, diu non visus Adam, nec deinde videndus.

Iam

Iam sordent epulæ, satis hunc spectasse, loquentem
 Audiuisse, lucrum. Cura altera carminis autor
 Et cithara plethriq; noui, crinitus tubal,
 Qui bibulas aures permulcens cantibus, artus
 Implet amore suæ, facit & nescire labores.

Labitur interea tempus, mensisq; remotis
 Atq; cibis vbi prima quies, deuotior Hospes
 Egregiam signis, liquido quam duxerat ære
 Tubalcan, pateram famulos ex more poposcit,
 Et mulso (nam vina aberant) impleuit inanem
 Nobiliore, manuq; tenens, ita clariùs infit.
 Hospitibus qui iura, Deus, das aqua quietis,
 Ipse polo dignate, dapes accedere nostras
 Sapè, faue; nobisq; diem, seroq; nepoti,
 Læticia dator, esse iube latum, omnibus annis.
 Dixit, & infusum mensa primo attigit ore.
 Tunc ad maiorem solito conuersus Adamum,
 Multa super cælo rogitat, super aequore multa.
 Nunc quo terra modo speciem contraxerit orbis:
 Nunc Solis, Lunæq; vices, nunc fœdera rerum.
 Dic agedum nobis teneri primordia mundi,
 Dic (ait) insidias Serpentis, & aspera lapsum
 Erroremq; secuta tuum: Narrantis ab ore
 Pendere attonitos iuuet, & meminisse minores.

I. MIRACVLVM.

Mundi, & hoc contentorum creatio: quam Adam iam
 morti propior, annorum videlicet nongentorum &
 tringenta, in Patrum Nepotumq; conuiuantium
 frequentia perstringit. Occasionè etiam lapsus sui,
 ac quæ tubsecuta eum est, pœnam attingit.

A 3

Tunc



Tunc omnis cum turba silens, grauitate iubetis,
 Auribus arreclis astartet, & ora teneret;
 Cunctatus paulum, & cubito suspensus utroq;
 Deducensq; manu propexam in pectora barbam,
 Nec non dans gemitum sublatum, ac sydera (certos
 Quos dederat quondam numeros et nomina) spectans
 Voce Senex maiore, thoro sic cepit ab alto.
 Immensum integrare, Nepos hortare dolorem.
 Humanas ut opes, & non reparabile regnum
 Orbis, ab insidijs adeo subuerterit ille
 Inuentor, quorum ipse fui pars magna, malorum.
 Qua fando, quis non lacrymis riget ora profusis?
 Iamq; cadit nox atra polo, & vox faucibus haeret
 Mœsta. Sed antiquos casus, nostriq; ruinam,
 Et causas rerum si noscere tanta cupido,

Ordi-

Ordinar. Aeternus, caelum terramq; creatat,
 Prima sui documenta, Deus: Sed inanis ab omni
 Parte, chaosq; fuit rude terra, & abyssus opaca,
 Ac stringebat aquas spirantis sibilus aura.
 Lux igitur, dictante Deo, non segnis, inarsit
 Prima dies, cum nocte vagas clausura tenebras,
 Postera diductum inter aquas secreuit hiatus,
 Limbo porrecto, & vacui cognomine caeli.
 Collectis loue subter aquis, mare fecit, humumq;
 Tertia produxit, nec non decora istius, herbae,
 Seminis, arbusci, fructus, florum, atq; virentis
 Arboris omne genus: Nondum imbre rigante, nec vlllo
 Germine parcuriente, tamen tellure recentem
 Fontis aquam aspergente. Polo duo lumina fixit,
 Solis id, hoc Luna, stellarum & densius agmen
 Quarta; dies, noctes, menses, & tempus, & orbem
 Distinctura, suaq; face impletura vicissim.
 Quinta mari pisces immisit, & ardua Cete,
 Multiplicesq; greges auium spacio aetheris alti.
 Sexta sui quauis generis, iumenta, ferasq;
 Ac pecudes, vermesq; tulit. Quibus omnibus vnus
 Rex datus, ad Domini instar homo, cum coniuge coniux,
 Ille quidem terra de puluere sumptus, at ista
 Coxa sui de carne viri, sepita veterno
 Lumina deuicti, sese insinuante per artus
 Inspirata anima nostro ori ex ore creantis.
 Septima lux operum alta Deo requiesq; modusq;
 Hortus erat, primos vergens Paradisus ad or-
 Fertilis arboribus, iucunda ferentibus esu (tus,
 Et vi-

A 4

Et visu sua poma, fouens quem rore rigabat
 Fons viua largitor aquæ, diuisus in ora
 Quattuor, & magnos inde excreturus in amnes.
 Iste Phison, Heuilath terra, preciosus aurum,
 Bdellion, & cui purus onyx elucet arenis.
 Ille Gethon, terram Aethiopum qui circuit omnem.
 Tertius Assyrijs Tygris rapidissimus oris.
 Ultimus Euphrates. Illo ponebar in Horto
 Et custos & cultor ego incorruptis, edendi
 Cùm mihi de quouis fructu permissa potestas.
 Noticia tantùm vna boni interdicta maliq;
 Arbor, ea quocunq; die si vescerer audax,
 In media me morte reum fore. Nomina feci
 Omnibus lic cognata, Deo adducente, creatis.
 Hic etiam, cùm nulla mihi sociata laborum
 Adiutrix, fabricata Deo, & non vtile nobis
 Censenti ignorare parem, consorte carere,
 Eua, caro de carne mea, à me dicta virago est:
 Cui vir adhaesus, gignenda prolis amore,
 Posthabita cum matre patrem neglexerit olim.
 Nudus erã, nuda vxor eras, nec vtrūq; pudebat:
 Vitali sed & anguis erat solertior omni.
 Illecebris facit ille, metu iam mortis abactò,
 Diuinam inuidiam caussatus, vt Eua beatis
 Par Superis ventura, bonum & scitura malumq;
 Arbore funesta pomum defringat, edatq;
 Felix, horrori contactus & illius esus
 Si mihi. Gustarã vix dum fatalia dona,
 Ac sacro exuti mox maiestatis amictu

Ambo

Ambo videbamur. Quid multa? Pudenda tegebat
 Subligar è folijs ficulnis textile nostra,
 Et latebras, spaciante Deo atq; loquente per hortū,
 Præbebat miseris fruticeti anfractus opaci.
 Vox, vbi Adam? mihi fulmen erat; timuisse professo,
 Ac nudo, latuisse. Sed hoc (ait) vnde sciebas?
 Scilicet illiciti vetita super arbore fructus
 Arrisere? Mihi per te desponsa suã sit,
 Excepi. Cur? ille sub hoc. Ea rursus: hic anguis
 Autor. At hæc, grauiore tonans Deus ore, maligne
 Ausa, lues (inquit) monstrum ô, & triste piaculum
 Natura: gradieris humi porrectus in aluum;
 Assiduus tibi terra cibus; teq; inter & Euam,
 Inter & amborum semen, crudelia fato
 Extabunt odia: ipsa tuum caput exeret ipsa,
 Tuq; superstantis dura insidiabere calci.
 Sed nec factū impunè feres, muliercula: Vindex
 Aerumnas cumulabo tuas; non absq; dolore
 In gremium soluente viri concepta (potestas
 Semper erit cui plena tui, volo) semina reddes.
 Dicta mihi quoq; pœna mea est: Tibi terra colèti
 Cesset iners, herbasq; rudes alimenta ministret
 In vultus sudore tui; de puluere fias
 Dum puluis, terræ primos reuolutus in ortus.
 Tum braccas nobis velamina nexuit hirtis
 Pellibus: En, iam diuus Adam, quid turpe, bonūue
 Dimoscit. Nunc ergo famem ne leniat arbor
 Ambrosiæ, culturus humum nostro exulet horto,
 Excubitorq; fores metuendus acinace seruet.

A 5

II. MI-

II. MIRACVLVM.

Abeli sacrificium, Deo iucundus odor, igne coelitus
delapso, incenditur, & absumitur. Caini nō item.
Qui propterea inuidus, fratrem insidiosē obtrun-
cat, & inde stigmaticus orbem pererrat: vrbe ta-
men ante interitum suum exaēdicata, & nepoti-
bus, sese non melioribus, relictis.



Exilium hoc quā dulce mihi, perpendite. Morte
Id grauius ratus esse cita, mihi dira precabar.
Succubuissem equilean, nisi spes, nisi portus, & aura
Aerumna, rerum ipse Sator, clementior vltro
Indulisset, amore mei delapsus Olympo,
Alloquioq; meum solatus saepe dolorem.
Accessit simul Eua grauis (quod nominis ipsi
Indideram, quia mater erat viui omnis) & agro
In lucem bis prole data, meliora spondit.


Lata-

Latabar crescente domo, magnumq; parentis
Nomen erat. Sed & ista mihi, nil tale timenti,
Gaudia duratura minus. Vix ora iuuenta
Signarant prima iuuenes, & vterq; litabat
Satra Deo; telluris opes moderator aratri
Ille Cain, sed pastor Abel cruda exta nitentis
Primitiasq; gregū. Fulgor vibratus aperto
Ecce polo, indicium diuini eluxit amoris
Cum tonitru, rapuitq; dapes istius in ara
Absorpsitq; vorans, flammarum illius egente.
Hinc caussa irarum manifesta, hinc gliscere sensim
Infelix odium: exta Deo fraterna probari,
Haud fruges tanti esse suas: culpam aqua sequatur
Pana licet, meritiq; vicem sua gratia, fratris
Cæde madere, Cain parui putat. Hocq; volutans
Flammato sub corde nefas, illum exciit in agros,
Securumq; sui, claua necat. Ista loquenti
Vocis iter lacryma clausere, per ora volute.
Hoc quoq; seth contra orsus, ait, quia gratia fratris
Rara, suas fortasse manus sceleratior idem
Sanguine tinxisset, dignum nisi stigma reatu
Ostendens in fronte, Deo signante, per oras
Extremas Orientis inops errasset & exul.
Vtq; Dei contemptor erat, sic odit honestum,
Progeniemq; sui similem structa vrbe, creauit.
Dum tandem comes ignari mucrone nepotis,
(Qui primus thalami geminas sibi fœdere iunxit)
Sectantis per lustra feras, errante periret.
Dixerat, & cæcum nox intempesta dirimit.

III. MI-

III. MIRACVLVM.

Crescentibus delictis exasperantur pœnæ. Diluuium vniuersale Orbi tertiarum diuinitus inmittitur. Ac pereuntibus omnibus cum hominibus, tum animantibus cæteris, reptilibus pariter & volatilibus, Noë pietatis plenus, cum paucis Arcam ingressus, saluatur.



Interea mortale genus, labentibus annis,
Sumpserat incrementa sui. Ac sine lege bonorum
Errabant commixta malis connubia. Quippe
Occiderant Patres, & calo dignior Henoch,
More nouo translatus erat; populisq; Gigantes
Iura dabant. Cùm parte poli vltioris, in omnem
Prospectus mundum vnde patet, sua lumina terris
Rex Zebaoth defixit. Iis mortalia marcor

Pecto-

Pectora desidiosus habet. Caput ergo coruscum
Concutiēs, & acerba fremēs: Video, inquit, in omni
Omne nefas, video, orbe: iacet ius, fasq; bonumq;
Et nostri proiectus amor. Me pœnitet, vnquam
Factum hominem, factum esse mihi. Quin præsciū
Venturi, conuerto vices, & fata retracto? (cui
Fibras cordis edente mei ac stimulante dolore
Intus, humo cum stirpe genus mortale recidam
Degenerante: trahet secum ista ruina (vetustum
Natura repctente chaos) viuū omne, per auras
Sive volet, seu repat humi, vel mole feratur.
Me solus tu sospes eris seruante, secundus
Non vlli pietate, Noë. Quando ergo supernè
Delendis densos terris illidere nimbos,
Cunctaq; diluuiū fixum miscere sedetq;
Arca tua tibi structa manu præstabit asyllum.

Voce probans hæc dicta quidem, tamen ille præ-
Iactura humani Generis concussus, in Orbe (catur,
Quæ sit forma futura suis cultoribus orbo?
Quis sacris pia thura focis, & vota daturus?
Annè paret solis sulcandum piscibus aquor?
Quærentem, trepidare vetat, terraq; sibiq;
Cultores alios habiturus origine mira.
Immo, ait, expertes tecum discriminis vxor,
Tres nati, totidemq; nurus sint: adde volucrum,
Reptilium, pecudumq; aliquot paria atq; ferarum,
Esto tibi quoq; cura penus. Sex secula vita
Egressus, vix ille ratem conscenderat: Ecce
Concussu tremuere poli, tonat axis Olympi,

Exili-

Exiliunt piceis elisi nubibus ignes,
Et toto cataracta frequens (noctesq; diesq;
Dempto sine quater dena) ruit aethere nimbis.

Nec celo tantum ira sua est: Sua & agmine fa-
Amnibus, in tectos late spaciantibus agros, (Elo
Oceano auxiliaris aqua sociante procellas.
Iam segetes stabula, arua, greges, armeta, volucres,
Atq; homines, & tella natant, nec fluctibus extat
Vlla domus, pressiq; latent alto aquore montes:
Una ratis modò sulcat aquas securi pericli.

III. MIRACVLVM.

Orbis diluuiò submersus in integrum restituitur.
Et Noë ex periculo seruat sacrificium cœlitus
igne delapso succenditur: Irisq; gratæ indicium
definitur. Idem vino plantatq; vitis sepultus, Cha-
mo filio iacet lud brunn



Iamq;

Iamq; superfusi violenta licentia ponti
Omnia condiderat submersa furentibus vndis:
Cum pacti memor antè Noë, nunc parciore ire
Omnipotens, nimbofa Noti Cauriq; remouit,
Submittens Boreæ raras cogentia nubes
Flamina. Mox pluuijs humor discedit ab astris,
Purpureo micat axe iubar; versa aquora retrò
Subsidunt, omnesq; suus capit alueus amnes,
Atq; reuicturus paulatim ostenditur orbis.

Caucason & Taurum montes interiacet ingens
Armenia. Hic rate nauta nouus confedit vt altis
Verticibus, pacem libet explorare locorum.
Præmissus speculator abit bipatente fenestra
Coruus, & haud rediturus, humù dū deserat vnda,
Vrit herum cessante mora. Submissa columba est,
Spectatum, quia cursus aqua. Per inane vagata
Illa diu, nec adepta locum, quo fortè sederet,
A domino preudente redux accessit amicis.
Altera post emissã, redit iam certior index,
Prætexens frondem ore suo pacalis oliuæ,
Argumentum illustre soli emergentis ab astu.
Digna sed emitti quoq; tertia, gramine campis
Apricis redeunte, suis & floribus agro,
Imperij securi, domum remeare refugit.
Ideirò diuina Noë præcepta secutus,
E latebris socium omnesuum trahit ordine longo
In lucem, exp. nitq; locis. Exultat in herba
Segue pecus; sua sylua feris, sua viscera terre
Reptililus, suus alitibus discurritur aër:

*Ipsè Deo seruatori meritam erigit aram.
Erecta vix caesa reus voti exta volucrum
Intulerat pecorumq; : Fragor cùm laeuis olympto
Insonuit reboante, cadensq; è nubibus ignis
Corripuit fibras, & vox audita per auras.*

Corde. Noë, depone metus, oblite malorum.

*Non vnquam excidij mundo, in vitij inde parentis
Ex vtero procliuis, homo tristissima caussa
Extiterit. Noctem alma dies vrgebit, itemq;
Alternis nox atra diem. Florente corona*

*Ver cinclum, aestatem frondentem trudet, hyemsq;
Autumno succedet: humus sua semina certo
Tempore suscipiet: sua tempora messis habebit.*

*Quare age, multiplicare volo, & dominare quibus-
Qua cælo, tellure, mari quacumq; mouentur. (uis
Sint eadem tibi cuncta cibus. Modò sanguine vesci
Parce. Cruenta impunè feret nec bestia. Fundens
Humanum pensabit homo quoq; sanguine, viuum
Horrentis delicta Dei formatus ad instar.*

*En testor cælum, æquor, humum, Styga, fœderis icli
Nos inter præciij Iris erit. Quando imbrifer arcus
Induet innumeros aduerso sole colores,
Oceani bibiturus aquas, alimenta solutis
Nubibus, haud vnquam delendo fluctibus orbi,
Tu mecum venia esto data memor, omnibus auis.
Ac reparent mortale genus non saxa, sed isti
Tres nati, & series hinc descensura nepotum.*

*Inserat: Ille solum colere & disponere vites
Insticuit, vinumq; bibens tellure iacebat*

Ludj.

*Ludibrium Chamo resupinus & inguina nudus.
Dedecus hoc gemini fratres, hic Semus, & alter
Iapetus, scapulis iniecta veste, pudicos
Auersi vultus, retrò texere parentem.
Qui somno resolutus, eis meliora, sed illi
Deuoto diuis cecinit feralia vota.*

V. MIRACVLVM.

*Humanum genus multiplicatum, à fera agrestiq; vita
ad cultiorem ciuilemq;, sub rege Nemrod primo,
deducitur quidem: Sed consensus in extruenda Vr-
be atque turri Babylonica ferocioris, diuinitus lin-
guatum innumerabilibus idiomatibus, opere inter-
rupto, confunditur, & in totum Orbem dissipatur.*

E*uentum fortuna tulit, certusq; probauit
Dicta fide præsaga Deus. Numerosa nepotum
Stirps auctum populus latè possederat orbem:
Colla iugo plebs iussa dabat: facta oppida stabant
Diuersis diuersa locis: venerabile regis
Nomen erat: Nemrodq; potens Babylonis habebat
Primus opes. Se mole pedes fert quantus Orion,
Ionij cùm stagna secans, supereminet vndas,
Aut humero portans auulsam rupibus ornum,
Incessu labefactat humum, & caput inserit astris.
Quanta vel Eurota ripis, aut vertice Cynthi
Instaurat Diana choros; glomeratur Oreas
Quam circum non vna: grauem gerit illa pharetrâ,
Et gressu, propiore viro, procul omnibus extat.
Tantus erat Nemrod, talem se latus agebat
Per medios, sine ille operi regnisq; futuris*

B

Insta-

Inflaret, vel iura daret, seu comminus iret
In rigidos venator apros, vastosq; leones.

Utq; hominum lingua vna fuit, sic vna voluntas
Struētura. Clamore strepunt loca sedibus apta :
Pars lateres coquere igne parat, candēsq; bitumen,
Ducere pars muros, manibusq; aduoluere saxa,
Aut optare locum tectis, & claudere sulco :
Effodiunt alij terras, alij ima thesauris
Fundamenta locant, cementsq; rupibus altis
Effringunt, scenis nitida ornamenta futuris.
Sicut apes astate noua per prata gregatim
Sudant sub sole, sua cum gentis adultam
Producunt sobolem, vel floribus horrea texunt,
Mellaq; stipantes, succendunt Neclare ceram,
Aut trepidas sub fasce leuant, aut plebe coacta
Segne pecus fucos prohibent à crate fauorum :
Flagrat opus, gratumq; thymi mel spirat odorem.

Magna rei iam fama viam affectabat ad astra :
Urbs stat, & aërie turris fastigia tangunt
Sydera. Dixisses, inuolui Pelion Oeta,
Et Rhodopen Pindo, Ossan Atho, Pangæaq; Olympo
Terrigenis, Phlagramq; suo scuire tumultu,
Et furibunda dijs terrendis bella moueri.
At certè mihi bella, Pater rerum, aethere spectans
Bella mouentur, ait. Sed quis furor efferrus, armat
In facinus tam grande, manus? Non desinet audax
Conatus urgere suos gens, fulmine iactò
Insanum nisi forsàn opus turbauerò vindex :
Consona quæ cunctis, præstat confundere linguam.

Nec

Nec mora, dissensu studia in contraria vulgus
Scinditur, & vario vocum discrimine, quisq;
Quid tollat præceps errore, quid afferat, hæret,
Nec vocem vllius nec mentem intelligit vllus.
Sic interruptus, perijt labor, oraq; fato
Innumeris confusa sonis : ideoq; vocari
Emeruit locus ille Babel, abeuntibus omnes
Quarendam ad sedem mortalibus orbis in oras.

VI. MIRACVLVM.

Abraham, patrem secutus, fatis sedem mutat cre-
brò. Sara rapta, redditur integra. Ipse à Lotho,
hactenus fortunæ comite, separatus, cum Deo,
multifariam apparente, ac terræ possessionem
longamq; posteritatem pollicito, loquitur. Ca-
ptum Lothi liberat. A Melchisedeco benignè tra-
ctatur. Offerentis sacrificium delapso cœlitus
igne libatur. Agar grauida exular, reditq;. Cir-
cumcisio instituitur. Et Saræ filius promittitur.

Non minus (vt fors dura probos plerūq; fatigat)
Thare etiam Semi de stirpe, sacraria Vestæ
Chaldaum Vr linquens, cum prole, nepote, nuruq;
Possedit terram Chanaan, moriturus in Haran.
Nox erat, & curis fessum sopor altus habebat
Thariaden, coramq; Deus manifestus, abiret
His etiam hortabatur agris : habiturus ijsdem
Maiores longè : totam se nempe daturò,
Qua pateat modò parte, plagam; serieq; minorum
Aucturo crescente genus per secula notum;
Atq; repensuro, quæ digna indigna bonorum
Ferret, iniquorum hæc. Sequor, sibi dicere visus
B 2 Ille, tibi

Ille, tibi quocunq; vocor. Simul astra fugante
 Sole, solum natale sibi ratus omne, suumq;
 Omne trahens secum (pecoris pradiues & auri
 Quippe) data fatis nunc hæc, nunc illa colebat
 Telluris loca, cuncta suis decorabat & aris:
 Ac casus, ex fratre Nepos, comes ibat in omnes
 Lothus, in Aegyptum quoq;: Sole vaporibus arua
 Exurente, suo non responsura colono,
 Nec victum promissum homini pecoriq; datura.
 Vnde fugam molitus Abras, quæ deinde manebit
 Nos tandem fortuna? Meæ si Sara saluti
 Consulis, ô formosa, meam dic esse Sororem.
 Dixit ea, & suscepta domo Pharaonis, amorem
 Quam sibi, plus timido quæsiuit opesq; marito.
 At penas tota aula dabat. Rex ergo vocatum
 Increpat, & saluum cum salua vxore, ministris
 Ipse suis, cultas nuper dimittit in oras.

Antiquis gaudebat agris ditissimus Abram,
 Nec Lothus cedebat ei, quia magnus vtriq;
 Grex ouium, vix terra duos vt ferret, eratq;
 Pastorum ira & pugna frequens de paupere regno.
 Ille igitur, distemus, ait. Patet ecce volenti
 Omnis humus, delecta tibi. Si laua tenebis,
 Dexter ero; sin dextra placent, confedero lauus.

Annuit hic dictis, & campos vndiq; visu
 Collustrans, selegit agrum, quem flexibus ingens
 Claudit Iordanes, Paradisi ipsius habentem
 Instar, & Egypti sine aente, sine imbre feracis.
 Apparens cum rursus Abra vero ore, quia Eurum,
 Quid

Quid Zephyrû (omnipotês inquit) spectare, qd Au-
 Quid Borean cunctare? Tuû, generisq; futuri, (strû,
 Omne tibi visum, fuerit. Numerarit arenas,
 Definire volet numerum quicunq; tuorum.
 Omnem igitur terrâ peragra. Peragrauit, & opt. is
 In Mambres conuale locum, consedit ad Hebron.

Viribus interea reges communibus arma
 Finitimi in Sodomosq; Gomorrhæosq; ferebant;
 Et pleni exuuijs superato ex hoste redibant.
 Ipse etiam Lothus, mærens sua rura laremq;,
 Prada trahebatur, manibus post terga reuinctis.
 Haud tulit vltor Abras, clypeosq; & tela suorum
 Expedijt, spolijsq; grauem super ipse secutus,
 Nocte per insidias oppressit, & exiit hostem.
 Asserto Lotho reducem gaudentibus implet
 Rex lacrymis Sodomæus: Item ruit obuius ore
 Melchisedec, rex idem hominum, ductaq; sacerdos
 Sorte Dei, vitis ac lauro tempora cinctus,
 Optato veterem congressu agnoscit amicum.
 Complexis dextra iunguntur, & hospita fessis
 Testa patent, Tyrioq; super discumbitur ostro.
 At verò rex vina cadi, Cereremq; canistris
 Expediens, libansq; tenuis summo ore, precatur:
 Laus Abra, laus summa Deo, qui cuncta creauit.
 Quoq; volente, manus ad vincula porrigit hostis.
 Dixit, & è prada decimas sibi vendicet, orat.
 Asi ego non prædam, sed queso ex Marte receptos,
 Pacta probas Sodomæus, ait. Procul, excipit Abras,
 Absit, vt his dicer spolijs, tua sanguine nostro

Parta, tibi possessor habe: Sed & aduena belli
Escor, Aner, Mambre, latentur parte rapina.

Compositi sic pace, Deus cum vocibus offert
Ante oculos sese confessus: Alacrior Abram
Solue graues, mea cura, metus. Quid muneris ille
Reddit, erit mihi? nulla meamne, ita deside Sara,
Respiciet Lucina domum? nec filius vllus
Extiterit, sed seruus opum non dignior haeres?
Haerentem, dubitare vetat, se prolis habenda
Incussa, fixisq; inbet sua sidera caelo
Luminibus numerare, gregi vincenda nepotum.
Ac dictis ubi plena fides, Deus ordine fertur:
E patria mihi ductus es, vt tibi propria tellus
Ista foret. Do signum, aries, capra, vacca, triennes
Cadantur, nec non cum turture blanda columba.
Ille ferit, discreta locis, tenuiq; volucres
Virga abigit custos stans, viscera cruda petentes.
Ac somni languore grauis, sic voce monetur:
Gens aliena tuam, sed non impune, superbo
Seruitio exilioq; quater centum amplius annis
Vexabit, praeda reducem fatalibus aruis.
Tu verò moriere Senex. Somnum excutit horror
Frigidus, & toto descendens corpore sudor.
Ecce polo densata coit caligo tenebris,
Et longo fumans decurrit flamma meatu,
Diuisasq; dapes paulatim innoxia lambit,
Fœderis inter Abram atq; Deum certissimus index.
At sterilis longum vxor, Agar quin verna ma-
Progeniem tibi supplet? ait. Iam pondere vëter (rito
Crcue-

Crcuerat, & domina dono nimium illa tumebat,
Tantisper, dum stulta domo cyceretur, & exul
Erraret peritura, retrò nisi voce ministri
Caestis, sese submissum, pulsa fuisset.
Sic nato Ismaële pater gaudebat; vt ipsi
Rursus, adorandum clara se voce professus
Esse Deum, intonuit: Camq; idem poplite flexo
In faciem prolapsus humi, protenderet vlnas,
Addidit: En tibi pacta, nouo. Non vnus autor
Gentis eris, nomenq; tuum non amplius Abram,
Verum Abraham. De stirpe tua regesq; ducesq;
Prodibunt: prestabo Deus, tibi ritè colendus,
Antè etiam promissa. Mares praputia cuncti
Ponetis. Quicumq; die post editus infans
Ostauo non ponet, cum de stirpe reuellam.
Saras & sit Sara, parens. In voce parentis
Risit Abram: Centumne putas mihi filius annos
Nasctur nato? grandauiq; Sara creabit?
Ismael, te dante, diu tantum esto superstes. (tum.
Et quid, erit, genitorq; ducum & spes ampla nepo-

VII. MIRACVLVM.

Illustris, quam vnquam antè trium Angelorum
Specie, apparentem Deum hospitio cœnaq; acci-
pit Abraham. Saræq; in cum propetmodum sibi
iam auicula persuadenti, promissio de sobole ite-
ratur. Ac de Sodomorum excidio agitur.

Dixerat. Imperiisq; memor, vix iussa pararat,
Ac nimio sub Sole, thoro confederat herbæ
B 4 Lassus

Lassus Abram; defixa solo cùm lumina tollens,
 Prospectat tres stare viros. Occurrit, & orat (tes
 Pronus humi: Tibi si qua mei est modò cura, pena-
 Hospes ini, lauet vnda pedes, requiemq; det vmbra
 Arboris, & iuuet ora cibus: sim proxima cepta
 Causa via. Hæc vbi dicta, laris stat limine iussus,
 Et, subigens tria liba foco, iubet, inferat vxor;
 Ipse fodit vituli lactentis guttura culiro.
 Dumq; cauo pars are calet, pars stridet in igne,
 Fraxineo transfixa veru, quod legerat horto
 Niliacum coca truncat olus, succinctior hospes
 Curssitat, instruitur lactis mensa atq; butyri.
 Accumbunt, horamq; trahunt sermone benigno
 Cælicole: Nec maior erat mora, coctus & assus
 Stat cibus, & craterè merû; Quod munere diuim
 Ante oculos interq; manus succrescere visum,
 Sponte sua, & complere scyphos, harentibus ista
 Hospitibus nouitate, manus tendentibus ambas,
 Suppliciterq; dari veniam poscentibus vltro
 Exiguo faciliq; cibo. Tum dona secundis
 Accedunt pyra, mala, nuces, & crustula mensis:
 Nec medio fauus albus abest. Vt pressus edendi
 Sedit amor: Sara vxor vbi? Num sola culina
 Cura placet, nec cura subit mox prolis habendæ?
 Audito flans illa Deo postica, cachinno
 Concutitur: iam tarda gelu, Senæ coniuge, tandem
 Mater ero, paruumq; sinu infantaria natum
 Sustulero? Quid Sara stupet mirata, nec apta
 Fætura, quasi? Nunquid anus iam exanguis vt aluo
 Portet

Portet onus, queo? Præq; metu risisse neganti,
 Risisti, Deus inquit. Abram nunc nosce, quod instat;
 Horrendas scelerata dabit vicinia penas.
 Surgentes, celeremus iter. Comes ibat & hospes,
 Ac miserans, gemit: ecqua pius luet acta nocentis?
 Parce, luat; si fortè Sodom, si fortè Gomorrha
 Ante alios, celebres aut tot pietate fideq;
 Aut tot alat. Quin immò, refert, bis quinq; virorum
 Arcuerint totas fatis vrgentibus vrbes.
 Dixerat, aspectu se subtrahitur amico.

VIII. MIRACVLVM.

Duo Angeli Sodomam præmissi, Lothum hospitem saluant eductum. Vrbs sceleratissima ignibus subuertitur cœlestibus. Vxor Lothi retrò spectans, in salis statuam transformatur. Paterque in filias per ebrietatem peccat inscius.

Hesperij iam pronus equos Sol margine ponti,
 Soluebat: Sodomæq; gradus ad mœnia missi
 Torquebant peritura, duo. Quos vrbs vt ipso
 Fortè sedens aditu Lothus conspexit, iturus,
 Comminus exiliit, cum supplice vose: Subirent
 Tecta, pedes lotum, & modico languentia victu
 Corpora curatum: Cogi meruere, negantes.
 Ecce autem somno sese sternentibus illis, (nant,
 Plebs hominum permixta domum stations coro-
 Et Lothum clamore viros ad turpia poscunt.
 Is clausas post terga fores egressus: Amici,
 Hoc, ait, hoc horrete nefas tam grande, virorum
 B 5 Exple-



Expleat vtraq; nata vicem mea, cruda marito,
 Haud passi vel plura loqui inferiora paratum
 Cœlicolæ, vel ferre Senem conuicia vulgi,
 Retraſtio clauſere domum, per opaca latentes
 Nequicquam quærente fores, tantumq; tenebris
 Plebe cauam preſante nouæ caliginis vmbra.

Et Superos dudû ira mouet, iam vertitur (aiunt)
 Summa dies, meſſura alijs cum pluribus urbem
 Excidio, indignante ſœclis tellure nefandum.
 Quare age, ne te fata trahant aliena tremendas
 In penas, molire fugam, & veſtigia ſeruent
 Certa, tui quicumq;. Dies ventura rubebat,
 Neſſente nq; moras, generisq; pericla futuris
 Fruſtrâ inculcantem, cogunt, dextraq; prehenſum

Cum

Cum ſobole atq; vxore, retrò ne lumina fleſtans
 Præmonitos, in monte locant, & Sigorin vſq;
 Deducunt, ſolum quæ viſa ſalutis aſylum.

Continuò nox atra premit piceo omnia cœlo,
 Luna latet, ſtellaq; cadunt, Boreasq; Notusq;
 Arua trahunt, conuexa tremunt, atq; inſonat axis.
 Concuffi nutante poli compage laborans;
 Cumq; fragore ruens, denſi in morem imbris, odoro
 Sulphure commixtis abrumpitur ignibus æther.
 Iam Sodome in cinerem confedit, & ipſa Gomorrha:
 Tum fumâs circum omnis humus, nota vindictis iræ;
 Peſtiferam exhalat nebulis, mare facta, mephitin:
 Quam nec adhuc impunè ſuper ſecat æther a pennis
 Ulla volans, quòd tantus iter molitus ab atris
 Halitus ad ſpacia alta poli, ſe faucibus effert.

Hanc Abraham, de more iubens ſalucre renatum
 Purpureo cum Sole diem, ſub inania cœli
 Ardentem procul inde videt glomerare fauillam.
 Ille quidem tutò: Sed non impunè, minarum
 Offenſi ſecura Dei, quæ ſtulta retorquens
 Ora, rudi ſaxo & ſale Loti induvuit vxor:
 Vnde lapis reſolutus, adhuc mærore liqueſcit,
 Ac veluti Niobe lacrymis madet altera ſalfis.

Quid viduus nûc mæſtus agat, qua ſede quieſcat,
 Non videt. Atq; loco diſſiſus, rupis in antrum
 Abditur. Hærebant comites per ſingula nata.
 Haud illis erat ardor, opes efferre ruinis,
 Cura cibi potusq; prior, timidiq; parentis.
 Idq; odio iam nomen erat, cum nemo virorum

Fortè

Fortè super; praeſtabat, eis dixiſſe maritum.
 Eſte procul cum prole, caro quia dira, parentes.
 Fuſus humi deſeſſa via curiſq; diurnis
 Membra Senex, toto proſtabat corpore ſomnum.
 At geminas (horreſco loquens) diuerſa Sorores.
 Cura coquit; nec caſta Venus quem mentibus addit,
 Sed Furys afflatus amor, patriaq; ſeneſta
 Succenſus. Iam, maior ait, genus omne virorum
 Occidit, exarmatq; patrem matura ſeneſtus
 Imbellem, & nos turba ſumus. Sine coniugis uſu
 Num vacuum cultore nouo ſupplebimus Orbem?
 Haud reor. Heu quò mente ferar, qd moliar, horres
 Iamdudum fortaiſſe, Soror. Sed amare, profanum
 Quis putet eſſe ſcelus? ſcelus eſt odiſſe parentem.
 Quippe thoros ſociare auibus natura ferisq;
 Aequa dedit, mihi dura neget? Sua filia certè
 Uxor equo: Laſciua patrem fert bucula tergo:
 Quas genuit, caper hirtus imit: Nec turpe putatur.
 Turpe mihi fuerit? Gentes quondam eſſe, recordor,
 Mater ubi nato ſubſtrata eſt, filia patri,
 Ac pietas alterna ſuum duplicauit amorem.
 Non lædat me fraude loci lex illa. Stat ergo
 Eſſe meo, quod mater erat: Non auſa, parenti
 Ulteriùs dixiſſe. Deus procul arceat iſtud
 Et pietas ſcelus, illa refert. Inuertere virgo
 Naturam ò inceſta, paras, & adultera patris,
 Et pellex genitricis. Hiet tibi terra, vel ignis
 Exiliat nouus antè polo, qui perdidit vrbes.
 Proh furor. Ah quod triſte tuo ſcelus excidit ore,
 Exci

Exciderit quoq; mente, precor. Voluiſſe, ſat eſto,
 Non autem feciſſe nefas. Silet illa parumper,
 Purpureas ſuffuſa genas. Ait inde, pudore
 Propoſiti cedente tenax: Mereare rogari,
 Quaq; datur ratione, genus mortale reponat.
 Suadentes ſtant ecce cadi ſpumante Lyao;
 Largiùs hoc noſter deiectus membra. caleſcat.
 Noſtra humili non ſpontè toro rapturus honorem
 Virginitatis, & hunc vterum impleturus & iſtum
 Semine: Nox hodierna mihi, tibi craſtina detur.
 His diſtis, placuère vices. Atq; vtraq; patre
 Plena redit, iuſtoſq; tument vrgentia menſes
 Vota, ſuas dum ventris onus grauidi appetat au-
 Inde Moab natus, gens à quo principe ſtirpis (ras.
 Diſta, Moabitæ: Poſt hinc, non Corniger ille,
 Ammonitarum vnde genus diffunditur, Ammon.

IX. MIRACVLVM.

Denuò Abraham migrat, denuò raptam vxorem re-
 cipit illibatam, non ſine miraculo: cùm gynæcei
 totius vteri tenerentur clauſi. Tum Sara enixa
 tandem Isaac filium & vocat & putat. Agarq; pel-
 lex cum Iſmaële iterum excluſi, Angeli ope mira-
 biliter ſeruantur.

Ergo loci ſeu fortè ſatur, ſeu ductus, vt antè,
 Auguriſ, perrexit Abrah, ſeſſurus ad Auſtrum
 Aduena. Quem Gerara rex Abimelecus amico
 Hoſpitiò teſtoq; fouet; ſibi ſadere lætè
 Iuncturus, ſoror eſſe viro qua credita, Saram:
 Per

Per somnum nisi voce Dei, qui clauserat omnem
 Aula vterum, mutare animum terrente coactus,
 Redderet intactam, teclurus seq; suosq;
 Reddidit, ac cumulans lectos ouiumq; boumq;
 Vernarumq; greges, Abrahæ regalia dona
 Addidit, argenti magno cum pondere facti:
 Annuit &, quem vellet agrum sibi sedis, haberet.
 Inter eà seruante Deo promissa, maritum
 Sara Senem fecunda (fides miranda) parentem
 Fecit. Anus sobole, ipsa parens. Quam iussa secutus
 Octauo diuina die præcidit, & olim
 Materiam risus, genitrice volente, vocauit
 Isaacum genitor. Dedit ipsa puerpera paruo
 Vbera, delectata ioco, quod maxima natu,
 Prole superbiret tenera, cunasq; moueret,
 Non liquida sine voce, ciens per membra soporem
 Irriguum, infantisq; sui fidissima custos.

Materno haud onerosa sinu Puer, vberis experts
 Et fari rudis atq; gradi, iam brachia blando
 Cum risu exertabat; Abras optata, lapillo
 Ut numerans meliore diem, conuiuia teclis
 Instituit: Pueriq; duo de more, parentum
 Ludebant ante ora. Minor cum fortè, nec vltro,
 Maiori protrusus humi est, noua causa doloris
 Materui, eiçceretur Agar cum prole molesta.
 Id tacitum stimulabat Abram: Sed imagine somni,
 Ingentes vtriusq; fore attestante nepotes,
 Admonitus, pane vno & aqua duntaxat onusta,
 Ismaële morante fugam non passibus aquis,

Quò

Quò tulerint te cunq; pedes, i dixit. At illa
 Bersabece nuda exul mops errabat in oris.
 Ac hausto fluuij vtre, solo proiecit in vmbra
 Dulce onus; indignata siti spectare perentum;
 Et quanto neruis telum emicat, interuallo
 Concidit, illacrymans, & sydera questibus implens.
 Nec minùs ex animis puero vagitus in auras
 Excidit, auditusq; Deo: affirmante ministri
 Voce, metum solantis Agar, fontemq; recentem
 Monstrantis, subito rupta tellure scatebris.
 Hoc hausto, restincta sitis; dubitata duobus
 Vita redit, tum cura placet, loca sola tenendi,
 Per tepida deserta Phari: Dum more Diana
 Seu iaculi fixisse feras, seu cuspidis ictu
 Certior, audaci iuuenis pubesceret æuo,
 Optaretq; sibi matris de gente maritam;
 Magnæ stirpis origo, Deo spondente, futurus.

PRIMI LIBRI
 FINIS.

BIBLI.

BIBLIDOS

Liber secundus.

I. MIRACVLVM.

Federe Abimelecum inter, & sese, certis pignori-
bus confirmato, Abraham Deo morem in im-
molando Isaac gesturus, sed Angelica voce reuo-
catus, arietem fortuito oblatum, filij loco cædit
victimam; & repetitam de multiplicatione poste-
ritatis audit promissionem: Sublatamq; è viuis,
sepelit Vxorem.



*A*mdudum Abimelecus, Abra ridere
sereno (futuri,
Fortunam vultu, agnôrat; metuensque
Cerno

Cerno tui curam esse Deo: Quin ergo, precatur,
Teste caues hoc, ne qua meo male gratia dispar
Officio, stirpiq; mea, gencriq; nepotum,
Existat; neu terra, tua patria aqrior, hospes
Qua profugo data sponte, mali quid perferat olim?

Ille refert: Turabo, tui potare licenter
Quo puteo assuenere greges, modò redde, nec vn-
Languerit communis amor. Simul eligit omni (quam
De numero festinus onus, ceu dona, bouesq;
Et facti ignaro, septem quoq; segregat agnas,
Sacramenta sui iuris, quo vendicet vni
Egestum puteum ipse sibi. Locus vnde vetustum
Bersabees cognomen habet, sociale duobus
In fœdus iuratus. Ubi nemus illic nigra
Umbriferum, penetrabile Dei haud abigendus amico
Colloquio, sacrauit Abram, trieteride multa
Atq; Palaestini ruris sine lite colonus.

Hic & tum responsa petens, flammisq; hidendum
Casarum dans exta, premens & veller a duro
Strata solo, se voce peti, ingeminante per umbras
Audit nomen Abra. Contraq; vbi rettulit, adsum;
Prosequitur Deus: Isaacum, chari omnis in vno
Quo nato stat cura patris, mihi montis in ara
Cadendum fumante, loco quem dixerò, tolle.
Nox erat, exhaustisq; sopor dabat ocia rebus:
Consurgens, strataq; a sua famulisq; duobus
Iussa parans, ille vrget iter; dum tertia certos
Fixum oculos aurora locat. Tum, state ministri.
Mulaq; dixit, eò donec seniorq; puerq;

C

In 114

Imus adoratum. Dicentis & ensis & ignis
 In manibus: Sed ligna humeris portabat, in usum
 Casa sacri, puer. Isq; gemens sub pondere ligna
 Cerno ignemq;: Sed hædus ubi moriturus ad aram,
 O pater? O fili, ille refert, curauerit hædum,
 Expectans sua sacra, Deus. Loca dicta tenebant,
 Mox aram viridante Senex de cespite textit,
 Ligna struit, natumq; super ligat, & simul aptat
 Heu dextram capulo, tacturus colla iacentis.
 Ecce polo resonante leues vox lapsa per auras
 Aligeri caelestis: Abra, Abra, sanguine nati
 Parce pater maculare manus, satis ausè, Deoq;
 Mandanti parere memor. Vultu ipse retorto,
 Lanigerum densos deprendit cornibus inter
 Hærentem vepres: Calituras ignibus aras
 Is pueri pro cade piat, nomenq; relinquit
 Immortale loco, Domini de monte videntis.
 Protinus inde eadem calo vox insuper addit:
 Testor (ait Deus) atq; meo tibi numine firmo,
 Quandoquidem, me propter, Abra, nec parcere nato
 Unigena dignatus, eris me dante beatus:
 Et generis, quotcunq; polo vaga lumina summo
 Scintillant imoq;, fretum quot voluit arenas,
 Fama tui splendore premet numeroq; cæterus
 Infensa domitrix, populis felicibus in te.
 Ad comites redit ille suos, iam latior isto
 Omine, Bersabeenq; petit: Mox funere Sara
 Tristior, ac luctus pro coniuge amantior ægri.
 Ingenti spelunca fuit summotâ recessu,

Et ne-

Et nemorum obtenta nullis aspecta per auum
 Solibus, extremoq; duplex Ephronis in agro:
 Ista, sepultura licet indulgentibus usum
 Hethitis, Abrahæ precio tamen empta parato
 Quadringentorum siclorum. Hac Sarais, annos
 Viginti & septem cum seculo egressa, quieuit.

II. MIRACVLVM.

Tristitiam hilaritate temporum condiès Abraham,
 quam filio despondeat uxorem, Chananazam re-
 pudians, cogitat. Atriensem itaq; iuum, iura-
 mento obstrictum, Deoq; commendatum pronu-
 bo, emittit. Qui in Mesopotamiam profectus,
 herili filio diuinitus exoritam inuenit, adducit-
 que coniugem. Exemplo profus miraculoso;
 Fieri connubia fato.

CAniciem inculto squalore, & sordida luctu
 Ora pio laxarat Abram; cum cura fatigat
 Sollicitum super Isaaco noua. Herilibus aptum
 Nutibus, & cui cura domus erat omnis; adortus
 Illud, ait, continge femur, iuraq; minister,
 Teste Deo, non hac Chananæi nominis vllam,
 Cuius agrum nunc hospes aro, sed stirpis auitæ,
 Sed nostra de gente nurum mihi. At ille: Paren-
 Amplexum, & gentile solum mutare negante (tum
 Virgine, reddiderone tuam natalibus oris (re iussit
 Progeniè? Haud quaquam, inquit herus. Qui linque-
 Me patrium larem & arua patris: Qui, terra ne-
 Fatalis manet ista tuos, mihi sæpè spondit, (potes
 Cælesti duce pandet iter, Deus: Inde petatur

C 2

Isaaco

Isaaca noua nupta meo. Te fœdere pacti
Soluerit, auersata sequi, nec Filius vsquam
Iuerit. Imperio latus, bis quinq; Camelos
De magno grege, Verna legit, cunctisq; gerendas
Clitellas, & danda noua noua munera Sponsa.

Præceptum permensus iter, quas fertilis inde
Euphrates, hinc Tigris obit, subsedit in oris,
Vespere componente diem; quo tempore vulgus
Famineum it portis, vndas de more petitem.
Cumq; suburbanum viridi defessa vocasset
Ad puteum iumenta solo, prostratus & ipse,
Hac duplices cum voce manus intendit Olympo.
Quæ Domino, Deus, opto meo, clementior imple.
Ad fontem hunc en sisto pedem; iamq; vrbis alumnae
Ex isto latices aderunt haurire gregatim.
Ergo mihi, Bibe, dicet aquam quacumq; petenti,
Quin & aquabuntur non vllò armenta labore:
Te sit heri monstrante mei ascensura cubile. (ca.
Nec dum ea verba locutus erat: Venit ecce Rebet-
Qualis equo rorante diem progressus ab vndis
Lucifer, astrorum medios intermicat ignes:
Talis adhuc ignara viri, & fulgore genarum
Virgo notabiliore, gregalibus omnibus extans,
Ibat aquas haustum. Reditura occurrit, & orat
Verna: Bibæ (sine) fontis egens. Bibe, subiicit, vitem
Proetus inclinans: Sed & hausta canalibus vna
Quadrupedum dabo sponte, sitim leuet vnda, dedit-
ille animos oculosq; suos in Virgine fixus, (que.
Obtutusq; stupens, latatus & omine: Quæso

Fare,

Fare, trahas quo Patre genus, qua matre, Puella:
Et pateantne hodie hospitio mihi tecta tuorum?
Plura loqui non passa virum: Mihi sanguinis autor,
Dives agri Bathuel; genitrix, non vltima matrum;
Nacchor auus; rerumq; domi numerosa suppellex.
Tum verò ex auro hospes ei depromit in aures,
Armillasq;, decem siclorum munera pondo.
Mox retrò celerante gradus, & ouante tot arribus
Exultim, famamq; suis portante, volutus
Ad terram, fert vota Deo, qui tramite recto,
Cognatas domino vsq; domos, firmarit euntem.

At spectans, spacioq; Laban nūratu eodem
Germanæ data dona, viro festinus ab vrbe
Aduolat, & : Quicumq;, meos dignare penates
Hospes, ait: prensamq; manu sub mania ducit.
Ocyus exuta laqueos ceruice, cameli
Respirant; farrago recens præsepia replet;
In medio ipsorum pedibus comitumq; lauandis
Lympha; suis instructa cibus stat mensa. Sed antè
Quàm dapibus, præbete via (rogo) munere cæpta
Fungar, ait legatus. Vbi data copia fandi,
Continuans: Argenti Abraham prædiues & auri,
Balantum cui quinq; greges; cui gramine quina
Luxuriant armenta bouum; præsepibus altis
Cui noti generis stabulant asini atq; cameli;
Cui centum fecundus ager renouatur aratri;
Cui sexus vtriusq; manus numerosa ministrat;
Cuiq; Seni Sara ortus Anu istorum vnicus hares:
Ille mihi præcepit herus, cane faxis, alumna

C 3

Gen-

Gentis, vbi peregrinor, amet connubia nati:
 Sola petat de gente mea, de stirpe paterna.
 Cumq; , neget sperata sequi si forsā ? iturus
 Exciperem. Quem mente Deum confessus, honore,
 Ille tuum propensus iter duce diriget (inquit)
 Angelico: pactamq; fidem exonerauerit, ire
 Huc tibi designata comes. Nunc deniq; vestros
 Ad muros delatus ego, & proiectus in herba,
 Sustuleram cum voce manus: si, fata, peracta
 Fauis propiora via, sic deinde fauete.
 Huc haustum quæ fontis aquas egressa, puella
 Dixit oranti: Bibe tuq; tuiq; Cameli:
 Illa precor, matura thoro pubescat herili.
 Ecce Rebecca oculis sese tulit obuia nostris,
 Optatas porrexit aquas, & fassa parentes,
 Armillas manibus, capiti asportauit in aures
 Dona. Tuli tum vota Dea, direxerit autor
 Ad domini qui nostra mei vestigia neptem.

Ergo sciam, placeatne gener, nullusne ? repulsus
 Vt diuersa petam. Contra Bathuelq; , Labanq; ,
 Ille parens, hic frater; Id haud sine numine dextro
 Hospes ades, planè ista Dei iussa auspiciis, ambo
 Exclamant: En sponsa tuo, iam tradimus, ibit
 Vxor hero. Gaius eo sermone petitor,
 Numen adorauit, perfectaq; protulit auri
 Pondera calati argentiq; , & plurima vestes
 Dona noua Nuptæ, Soceris, & Fratribus. Inde
 In noctem extructis ineunt conuiuia mensis.
 Luce sua sol ortus agros laxarat: & ille

Nequic-

Nequicquam tardatus; Eam, indulgete: quod omnes
 Sollicitis (ait) ire dies herus ante recursum
 Computet articulis. Nec plura, & Virgo rogata,
 Nunquid ei comes ire velit? Volo, dixit, & iuit;
 Ut serie maiore genus fulciret, iniquos
 Pressurum imperio, votis dimissa suorum:
 Debora nutrice simul, famulaq; caterua
 Se lateri præstantis heræ agglomerante, viaq;
 Iam tandem ventum ad fines, cum Sole cadente
 Isaacus secum in sola spaciatus arena,
 Speq; tenens optata, leuans & fortè virenti
 Ora solo deiecta, globo consurgere nubem
 Pulveream procul inde videt, quam mole graduq;
 Grande camelorum suspensio suslulit agmen,
 Seq; renidenti vultu venientibus offert.
 At Sponso stupefacta suo, & delapsa camelo
 Virgo pigrè, documenta dedit roseo ore pudoris
 Ingenui, obtentoq; caput protexit amictu.
 Tum dextris vtrinq; datus ad tecta subibant,
 Ac coniunx nouus, octo nouo quinquennia lustro
 Designans, miratus iter narrantis alumni,
 Inducta thalamis nupta flagrante dolorem
 Conceptum ex materno obitu, lenibat amore.

III. MIRACVLVM.

Aliquandiu Abraham viduus, postquam filij matri-
 monio consuluit, sui non obliuiscitur, superin-
 ducenda defunctæ, vxore alia, eaq; fecundissima.
 Donec decurso spacio mortuus, tuæ Sarræ monu-
 mento

mento coniungitur. Caterùm Isaaci Rebecca, diu sterilis, gemellos tandem in locis nuper duello collisos, Esau & Iacob, miraculosè parit. Quorum alter alterum edulio in primogenitis defraudat.



Sed Senior quoq; colla iugo defueta secundo
 Submisit; patriq; nouo secunda frequentem
 Progeniem Ceturā dedit. Dum languidus auo
 Deficeret, propiorq; neci tantummodò natis
 Munera, non vna de pellice, certa, sed omnes
 Saraida legaret opes. Qui lumine cassum,
 Frater & Agarides, quondam moriturus & ipse
 Natorum bis sex, duodena per oppida, fines
 Assyrios inter Pellaq; littora, fari

Sorte

Sorte Ducum, genitor, Sara apposuerè sepulcro.

Isaaco verò, ad putem Viuentis habenti
 Mansuram sedem, aq;uis opis nullius egeutem
 Fortunam praestare Deus: Modò gaudia sera
 Bis denos differre thori frigentis in annos.
 Cum tandem Rebecca vterò concurrere fetus,
 Hastenus infacunda, duos deprendit, aitq;
 Exclamans: Quidnam ista putem discordia signet?
 Gens duplex, pugnansq; tuo (responsa paternis
 Ex adytis arcana canunt) prodibit ab aluo,
 Et maior, ceruice feret iuga dura minoris.

Iam decimū partu mensem accelerauerat vrgens
 Cynthia: quasiuitq; viam, qua frater in auras
 Exereret sese geminus, ruber Esau ille,
 Et caprea in morem hirtus: At hic, plantam illius
 Artilius extremam digitis cōplexus, Iacob. (vncis
 Charus & hic matri, ille patri creuere; ferinae
 Cadis, agri, Truiiaq; comes studiosior alter,
 Alter homo simplex, stabuliq; gregisq; magister.
 Fortè minor natu isle, cauo rusum ere polenta
 Coxerat, & maior venatu exhaustus, in ades
 Irruit, esuriensq; sibi dandam obsecrat escam,
 Ex facto dicendus Edom. Assentitur Iacob,
 Primatum hac dape spontè sui si venditet ortus.
 Venditat, & iurat, tanti securus honoris.

III. MIRACVLVM.

Ob annonæ difficultatem Isaac paulum secessurus,
 & in Palæstina, posteris fatali, peregrinari iussus
 C 5 diui-

diuinitus, Abimelech patrium habet hospitem.
Donec dimissus, vicina coleret, tandemq; in pa-
triam rediret, Deo erigendus. In quo vitæ statu
felici ab Abimelech visitatur; & foedus inter v-
trumq; stabilitur.

*Haud longum pōsi, Sole solum torrente perustum,
Et Cerere agricolam primis fallente sub herbis,
Orta fames: Dubioq; sibi quenam hospita tellus
Isaaco speranda? Phari ne quæretet exul
Arua, Palastinis peregrinaretur in oris,
Signa Deus manifesta dedit, promissaq; ; terras
Has eius fore, & astra sua inferiora nepotum
Stirpe, locupletesq; alias in Semine gentes:
Ad leges quia vita Abrahæ directæ supernas.*

*Illi igitur, velut antè patri, non tetricus hospes
Abimelech, ratione pari deceptus, ob oris
Quòd coniux, quæ fìcta viro soror esset, honorem.
Dum signis positis pro nomine certior, astum
Argueret, dictisq; metum leniret amicis;
Quæ fouit diuinus amor. Nam grata colono,
Centenis reddebat humus sua semina granis:
Augebat fætura greges: fortuna beatas
Indulgens cumulabat opes: & copia cornu
Crescentem turgente domum supplebat abundans.
Inuidia comitante tamen, puteisq; repertis
Quondam, Abrahæ, regerente solum, vt rex ipse iu-
Maiorem se pendè, sua excedere testis. (beret
Ilicet excessit, Gerara nouus accola riui,
Obstrucltasq; parentis aquas hinc inde, reclusit,
Diffi-*

*Dissidiÿ caussam pastorum vtring; frequentem.
Donec cum dulcedo suæ, magis omnibus agris,
Bersabces renocaret. Ubi, de nocte professum
Vocibus his instare Deum sibi visus: amicum
Numen ego, & tutela Abrahæ, tibi sola salutis
Aura, tuum ditabo genus, modò mitte timorem:
Thure calens altare, patri pietate secundus,
Struxit, adoratoq; Deo tentoria fixit.*

*Hac in sorte, vetus veteri hospes ab hospite fortè
Visitur, ignarusq; rei, quid venerit? infit:
Rexnè meos dignare lares? quem nuper iniquus
Iussisti procul ire tuis? Vt munere diues
Fortuna, charusq; Deo tu, legibus æquia
Nobiscum mittare recens in sædus: Vt vllam
Ne per te vim nostra ferant, tua nulla tulerunt
Ceum per nos: Vt qualis adhuc boue rura paterno,
Dimissus cum pace, colis, nos nostra colamus,
Ore Palastinus caussas exponit, amici
Adsumus. Adsitis fausto pede, & omine lato
O vtinam, contrà ille. Simul iunguntur vtring;
Hospitio dextræ, modico domus inclÿta luxu
Instruitur, festiua trahunt conuiuia noctem,
Cumq; die surgente fides coit arcta duorum.*

V. MIRACVLVM.

*Esau sibi benedicturo patri venante, charior matri
subordinatur Iacob, & præparato edulio bene-
dictionem fratri præripit. Idemq; ea de caussa, il-
lo domum serò reuerso, ac repullam indignissi-
mè pas-*

mè passo, eademque fraternam minitatio, exultatum ire à matre præmonetur.

E Meritis autem Isaacus venerabilis annis,
Caligansque oculis, natum vocat: Esau, vici
viuendo mea fata, necis iam certus, at horæ
Ignarus. Quin ergo humeris solita induis arma,
Atque vagans per lustra, feram quam deiecis arcu,
Vnde pares pulmenta, quibus Pater expleat, antè
Facturus pia vota tibi, quam labor in auras?
Dixit. Et imperium celerans ille, exit in agros.

At genitrix: Ne nate minor tarderis, & hædos
Affer (ait versuta) duos, coctisque parenti
Eluso, pro fratre veni, dicende beatus.

Si tangar, subit ille, patet fraus certa, quod apro
Horridior frater, lactente ego mollior agno.

Illa, meum sit, si quod erit discrimen, & error;

Iussa subi duntaxat (ait) facienda. Simulque;

Fraterno, cunctata nihil, iuuenem induit ostro,

Hædorumque exuuias manibus circumdat, & offam

Expedit. Inuitatur, edat Pater, Esau clamans,

Tunc mihi iam iamque; redux? Ego (dixit Iacob)

Esauis, ad tua iussa celer, spem votaque; certæ

Fortuna anticipante feræ. Rursum Isaacus: Adstas,

Explore rem tactu esse meum, qui diceris, Esau.

Collatumque; gradu, at trectans: Vox (inquit) Iacob

Prima mei, verum hirta manus deprenditur Esau.

Iam, fili, iam rescors ouans, quacunque; ferina;

Et que das mihi, vina bibo. Quin oscula iungis

Insuper? Illa ubi iuncta, suos ubi cultus odores

spira-

Spirabat, bona fata canens, hæc addidit ore:

Qualis odor sata alentis agri lactentia: Nati

Talis odor. Spargente Deo tibi roret Eous:

Vini, olei, frugumque; sinus tibi pandat opimo

Prouentu præpinguis humus: Tibi subdita gentes

Colla, tribus, vnaque; fluens ab origine sanguis,

Ac sub crura manus tendant, seruire paratas.

Sit dirus, qui dira tibi, qui frustra precatur,

Sit felix. Post dicta, pedem referente minore,

Maior adest, epulasque; ferens, ait: Optime, nostro

Venatu saturare, Pater; fatisque; resolu

Ora meis. Quis es? ipse. Resert: Ego filius Esau

Primauius tuus. Aure pauens, hærensque; gelato

Corde Senex, contra: Quis enim prior affuit, esca

Non sine? nec sine voce mea gratante recessit?

Auditis, ululare furens, & poscere questu

Luctifono noua fata patrem. Qui talibus hiscit:

Te frater (scio) fraude sua præuertit Iacob.

Nominis id (rursum ipse) suo vel iure, meretur.

Primitias idem antè mei fallacior ortus

Traripuit: Nunc vota Patris, mihi debita, lucrum

Supplantator habet, fors irreuocanda? Vocanda,

Excipit ille, equidem retrò non vlla. Sub eius

Te nisi fratresque; tuos iuga: Mella, merumque;

Atque; oleum, & frumenta fluant illi vndique; voui.

Quid præstem, non cerno, tibi. Tamen, ora rigantem

Fletibus, iratumque; sibi, & sua fata querentem,

Ubertate soli ac roris, ceu pignore, firmat;

Consectos vibrante lonum gladio ire per hostes,

Immu-

Immunemq; iugi fraterni aliquando futurum.

*Ex illo, fernare nouum sub pectore vulnus,
Nec dubias iactare minas, se nempe paternis
Manibus inferias fraterna cade daturum.*

*Quod metuens: I, mater ait, praestetq; latebras
Haud multis, o nate, Laban tibi auunculus annis:
Dum factio veniam dantis, furor iraq; fratris
Victa, remollescant, & tu renouare parenti.*

*Cur vno miseranda die nato orber vtroq;
Et mecum socias Pater Iface ituro sub vmbas.
Certè, Hethæa mei quod si qua erit vxor Iacob,
Inuisam, mihi crede, moror charissime lucem.*

VI. MIRACVLVM.

*Vxoris consilium approbante patre, filius, vt asy-
lum & focerum, spreto Chananæa, quæreret a-
uunculum, persuasus, in itinere per somnum,
scalis cælum terramq; contingentibus, descen-
dentes atque ascendentes videt Angelos: Deum,
que promissiones patribus factas repetentem au-
dit. Expertectus, lapidem cervical suum, altare
consecrat, & votum facit.*

*Sic querula trepidaq; , Pater solatia Matri
Laturus, natum accit, & his dein vocib. vrget.
Excipiat te nulla, volo, Chananæa maritum:
Iussa subi materna; Tigrin bibe; prole beatus
Faminea, Socer esto Laban tibi sanguine iunctus.
Quaq; tuo promisit auo, Deus omnia praestet,
Ac genti peregrina tuæ sit propria tellus.
Dixit. & ille viam iussas molitur ad arces:*

Intere à



*Intere à inuidia stimulis agitantibus, vnam
Natarum Ismaëlis, adhuc addente duabus
Fratre etiam, gemini ante thori sibi fœdere iunctis.*

*Tertius Hesperio Sol gurgite tinxerat axem;
Membra via fufurus humi defessa, premendi
Collectis saxis sibi puluinaris in vsum,
Incubuit: Somnoq; grauis, sub imagine certa
Oblongas vtroq; solum pulsare poluimq;
Calcariq; iugo Aligeris per mutua sculas
Desuper ac sursum, suspexit: Et athere nixum
Stare sibi acclamante Deum: Deus ipse, duorum
Unus, aui patrioq; tui. Qua stratus es, olim
Sede pia te terra manet, me dante, ruumq;
Semper, adepturum congesti palueris instar.*

Trans

Trans Eurū, Zephyrū, Boream extenderis, & An-
 Atq; tuo, generisq; tui gens munere felix (strum.
 Omnis erit. Me rege, leges hinc, inde retexes
 Monstratum securus iter me rege, nec ullam
 Pollicitis statuente diem. Prasagus opaca
 Desierat cum nocte sopor; trepidansq; Viator,
 Hunc'ne locum dubitem esse sacrum? Terrore pro-
 Maior, & accliuī secretus limes Olympo (scēto
 Cœlicolis, ait. Ac silicem, quam presserat, aram
 Excitat, irrorans succum popularis oliu.e:
 Vrbsq; prius quæ Luzā fuit, tunc dicta Bethela.
 Quin vota accessere: Viæ si, nocte locutus,
 Dux fuerit, quam carpo; mihi si tutor, & altor
 Haud dubius; fidusq; solum ad natale receptus:
 Semper erit Deus ille mihi; lapis iste Tonantis
 Ipsa domus; decimisq; suis hæc ara calebit.

VII. MIRACVLVM.

In Mesopotamiam tandem, & mirabiliter quoque
 ad Socerum, delatus Iacob, dum Rachel sperat
 coniugem, septennio famulatus, Lia supposita
 circumuenitur: Ac utramque habiturus, annos
 feruitutis iterare cogitur. Illa propter amoris præ-
 rogatiuam sterili, hæc fecunda latens existente.

IAmq; tenens habitata abauo, loca Eoa, resedit
 Ad puteum, demorsa greges ubi pascua terni
 Mandebant sub fronde; alij dum mille venirent
 Deposita saliente sitim simul eius in vnda. (ran:
 Ac prior: Heus, pueri, vnde domo? Dicentibus, Ha-
 Naccho-

Nacchoridennē Laban nouistis? Nouimus, aiunt.
 Ecquid (ait) valet ille? Valet, retulere: paterni
 En custos gregis ipsa, Rachel. Contra orsus Iacob:
 Multa dies excludit adhuc in pascua potu
 Mittendas paulisper oues. Adaquare coactas,
 Mos nobis assuetus inest, dempto obice fontis,
 Claudendi properè potis, vix ore roganti
 Ediderant, & Virgo super venit. Ocyus ille
 Cognatam agnosceus, dudum sitientibus agnis
 Reclusas propinat aquas, & ad oscula verfus
 Ipsius, illacrymansq; sibi matrem esse Rebeccam,
 Innuit. Ast haud multa morans ea, nuncia patri
 Euolat, occurſu complexuq; vda petenti
 Basia, ducendi subter sua tecta nepotis.

Indultum hospitio fuerat, causasq; morandi
 Innectens hac voce Laban: Mecum esse volenti,
 Quid dederō mercedis? Erant huic sydere nata
 Pubentes æquo, Lia lippa, sed altera formæ
 Dote notabiliore, Rachel. Hanc munus Iacob
 Poscit amans, septem deseruiturus in annos,
 Spondenti: quos ire breues vis egit amoris.

Tum, nubat sibi pacta, rogat. Nec dicta retractas,
 Sacra thori tadasq; parat Socer, atq; vocatis
 Hospitibus, diffuso hilarat conuiuia Baccho.
 Nocturna sed fraude Liam supponit inertem.
 Quam Sponsus redeunte die miratus, & hærens:
 Quæ Soceri in Generum ista fides? exclamat. At, ille
 Voce subit: Ne iure thori præuertat adultam
 Iunior anticipante Soror, mos patrius obstat:

Exactos duplicato dies, meriture minorem.
 Assensus, geminauit. Eaq; vxore potitus,
 Alterius fructum igne noui fastidit amoris.
 Hoc a quo non corde ferens Deus, ordine recto
 (Germana cessante) Liam fecundat, vt ipsa
 Matre, Ruben, Simeon, Leui, Iudasq;, sub auras
 Prodirent, ob vincla sibi gratante mariti.

VIII. MIRACVLVM.

Sterilitate sua offensa natu minor, inuidia maioris,
 ancillam, liberorum ex ea suscipiendorum causa,
 marito obrudit. Quod exemplo æmulatur altera:
 donec ipsamet vicissim partibus aliquot,
 numerum suorum augeat, fraudulenter Sororem
 ludificata. Similiter socerum Gener, abitus simulatione,
 & pecudum conceptu, ingeniose deludit.

AT sterilem se, accensa Rachel, liuore Sororis,
 Infonti exprobrare viro, famulamq; cubilis
 Participem dignata, Balam, spe prolis habenda,
 Bis taciti sese voti facere ipsa potentem;
 Nomen & huic gauisa Danum successibus, illi
 Nephthalium prabere. Sed extimulata Sororis
 Exemplo Lia, pigra vteri, largitaq; Zelpha
 Ancilla, libare thoros audacter herilis,
 Non ex se suscepit item duo pignora (felix
 Dupliciter quoq; visa sibi) Gad nomine, & Aser;
 Mox eadem facunda iterum. Nam sarcina matri
 Extiterat qui prima, Ruben, progressus in agrum,
 Triti.



Trunca sub messe, graui sub Sole, repertas
 Mandragoras, vel sponte sua fert munus eidem:
 Quo fuerat capienda Rachel, vt nocte Sorori,
 Ter grauidæ (non absq; Deo) redcuntibus annis,
 Nunc nato alterno, quorum prior Isaschar, alter
 Zabulo: nunc nata (quondam sibi crimine) Dina,
 Concedens, recubaret humi sine amore secundo.
 Ipsa Deo quoq; dante grauis dum dedecus alui
 Effæta nondum, generato aboleret Ioseph. (undè
 Tunc, Socer ô, quòd certa tibi (gener inquit) ab-
 Nostra fides, tute ipse sciens, fateare necesse est.
 Augeri tua cuncta tuo me visa ministro.
 Pauper eras, nunc diues opum. Me propter, amicus
 Impleuit tua vela Deus, tutumq; per aquor

*Nauis ijt. Nunc ergo mihi cum matribus omnem
Progeniem, & veniam remeandi ad tecta reposco
Patria, sitq; mihi sine tandem in limine portus.*

*Auribus admittente preces clementibus illo,
Et sese ad sua vota via felice subinde
Propitijs iuisse djs, debere probatis
Digna ministerijs etiam emolumenta, professo;
Isacides: Haud tecum equidem mercede pacifcor,
Nostra tamen si pondus apud te dicta merentur,
Pasco tuum, velut antè, pecus, mansurus. In vnum
Compulsos partiire greges: hinc velleris omnes
Eiusdem, priuata tibi pecuaria serua;
Hinc mihi versicoloris oues caprasq; peculi
Præmia: Fur ero, iniqua petens, vel iure sequestro.*

*Non renuens consulta Laban, pecus omne coa-
Segregat, vnicolorq; suis dat pascere natis: (Etum
Seq; inter, Generumq; trium interualla dierum
Esse iubet. Qui fulce secans ex arbore virgas
Non vna, has virides, illas sine cortice, lymphis
Ductilibus, pecori specula insidiosa bibenti,
Et subsidenti maribus, sua stagna tuendo,
Sicq; coloratos edenti nixibus hædos,
Iniecit, coitu summo subtraxit easdem;
Et matura sibi, Socero serotina liquit,
Iumentis, gregibus, famulis, opibusq; locuples.*

IX. MIRACVLVM.

*Iacob de sua felicitatis inuidia, & Soceri morositate
questus, vxoribus cum Iobole & supellectile af-
sumptis, abitum moitur tiandestinum. Id fama
pere-*

*grè accipiens Laban, profugum insequitur, deq;
iniuria cum ipso expostulat. Quam obiurgatus
partim dicto, partim Rahel astuta factò retun-
dunt. Acquiescentibus demum vtrinq; conuiuij
interuentu conditiones fœderis feruntur.*

A*ffinis verò inuidiæ, sua commoda dente
Mordaci rodentis, & incessentis amicum,
Iamq; suas (quæ patris) opes seruare querentis
Impatiens; hircuosq; dolens transuerja tuentes
Iamdudum Soceri; adde sibi mandante, suumq;
Præsidium auxiliūq; Deo spondente, parentum
Flagraret tandem, atq; loci natalis amore:
Talibus vxorem commouit vtramq; querelis.*

*Heu vestri quàm torua diu fero lumina patris?
Enixè quàm lentus heri fero longa superbi
Seruitia, elusus toties mercede negata,
Testibus ab vobis? Quoties mihi, discolor, inquit,
Omne pecus maculis, merces tua: discolor omnis
Fœtus erat. Quoties dixit, tibi concolor: omnis
Vnius fœtura gregem supplere coloris.
Diuitias ita nempe Deo mihi dante parentis,
Nec dubijs dicente sonis, de nocte: Bethelæ
Numen ego, auditum antè, volo, has age desere ter-
Ad patrios rediture lares. Ea fatuus, abire (ras,
Quò traheret, sociumq; fugæ sufferre laborem
Dudum alacres, spolioq; graues, cum prole camelis
Tollit, agens sese ante, greges: Portantur auari
Incrementa Labanis, opes. Rerum inscius, ille
Lanigeras tondebat oues. Vbi certior autor*

Damna vehit, rationis inops tergoq; fugacis
 Affiliens clamore procul: Summam indice vultu
 Leticiam vt testatus (ait) cantuq; fuisset,
 Oraq; complexu linquendus ad ora tulisset:
 Extremum dixisse Vale; nec more latronis,
 Per fraudem, asportasse mea cum prole nepotes,
 Debueras, fugitiuo Gener. Iamq; quia piaves
 Morte, tui nisi numen aui meliora furenti
 Subijceret Sed amore soli fatalis abibas,
 Scilicet. At cur furta vehis mea numina raptor?
 Coniugibus, pro se ille loquens, ne forte paterna
 Vi raptis viduarer, ait, taciturnus abiui.
 Sacrilegum autè ignoro nefas. Age, protinus omnes
 Excutiens, scrutare meos; & plebe tuorum
 Dede neci spectante, reum. Magalia frustra
 Lustrantem disiecta, Rachel sibi conscia furti,
 Et properè idolis subter stramenta reposuis
 Incumbens, umbramq; rei sua menstrua fraude
 Prætexens, elusit. Ibi Gener, aspera iustis
 Admiscens, tumido ore: Meo si terga laceffis
 Quo merito mea, faxis, ait; propone, repertum
 Si quid habes fortasse tuum, hac sub indice turba.
 Bisne decem annorum ista redit mihi debita merces?
 Vere tuos ineunte greges fætura nouauit:
 Unde meam sedare famem mihi maximus horror.
 Ocului discerpta feris. Amissa rependi
 Insomnis, patiensq; gelu alternantis & æstus.
 Nec videor seruisse satis. Nisi numen auitum
 Respiciens immoto oculo mala nostra fidemq;

Obsti-

Obstiterit, patrisq; metus, fors limine nudum
 Iussisses procul ire tuo? Contra ora resoluens,
 Omne meum possessor habe. Nec enim ibo furenti
 Ense parens & auus cognata in pectora dirus.
 Dixit: Et in fœdus Genero properanter cunte,
 Ac fidei pia saxa notas mensasq; struente,
 Plura morans: Vtrumq; meum sic pignus amabis,
 Id præter dignè thori ne fœdere quodquam,
 Iuratam veriture Deum. Memorata secuta
 Unanimes in monte dapus (exinde repertum
 Qui Galaad cognomen habet) lacrymaq; fideles.

X. MIRACVLVM.

Elapsus è Charybdi Iacob, in Scyllam incidit. Socero enim retrogresso, fratrem habet obuium: quem pristinas illas minas, etiamnum spirantem, muneribus, implorato prius Dei auxilio, vehementissimè cum Angelo luctatus, suppliciter placat, & colloquio.

Ergo datum molitus iter, caliq; maniplis
 Occursans, iubet ire viros, qui mitia fratri
 Dicta ferant, pacemq; rogent. Vbi dura reportant,
 In turmas sua cuncta duas, haud immemor ire
 Antiqua, partitur; vt hac pereunte, supersit
 Illa: Oculosq; sub astra tenens, ita voce precatur
 Supplice. Patris, auiq; mei Deus vnice, cuius
 Imperio, sed amore minor, maioribus olim
 Ad patrias vsurus eo successibus oras,
 Plebe meum stipante latus; modò stipite quondam
 Iordanis transgressus aquas, comitante nec illo:

D 4

Frater-



Fraterno, quo nempe petor, me surripe ferro;
 Quasq; miser trepidante traho cum prole parentes.
 Pollicitum nec enim illa, meos aliquando nepotes
 Pulcreo plures numero, sententia vertet?
 Oranti sic, dura thorum dant strata, nouamq;
 Mentem oriens aurora vehit. Non longa moratus,
 Balantes, & lanigeros, magnosq; camelos,
 Ac sexus vtriusq; boues, olidiq;, suisq;
 Cum pullis asinas, placando munera fratri
 Ex omni grege larga legit; discretaq; iussis
 Premittit sua quaq; locis; eademq;, rogatos
 Quò tendant, aut vnde? docet responsa magistros;
 Vxores, sobolesq; procul vestigia seruent. (vnu
 Transierat comitum ordo vadum, restabat &
 Ipse

Ipse secuturus. Cessanti, ora obuia maior
 Humana Vir mole tulit, iam noctis abacta
 Curriculo: alternoq; ligans sua pectora nexu
 Pectoribus, manibusq; manus, frontemq; reducta
 Fronte premens, intendit opus iuuenile palastra.
 Vim verò tolerante minor, violentius icti
 Poplite succiduo femur interceptit, & vltro
 Eois afflatus equis, frustra; resolui
 Conatus, nisi fausta canens & leta precetur
 Fata: palastritam inde suum indignatus Iacob,
 Israël nunc esset, ait; quòd fortiter ausus
 Diuinam vim ferre, homini non cedret vlli.
 Quasitum tamen, esse suum admirabile nomen
 Reddidit, expromens fatorum arcana petenti.
 Cumq; die surgente leues secessit in auras:
 Luctatore gradus agri cunctante solutos
 Poplitis (vnde mouet stomacho fastidia neruus
 Isacidum) & signante locum Phanelis, itemq;
 Esse Deum exultante sibi visum, atq; locutum.
 Interea germanus, agens hostile virorum
 Quadringentorum agmen, adest. Quid territus illo,
 Consiliq; retinetet inops, incerta facultas
 Noscere? Mox, quæ visa sibi est via sola salutis,
 Ancillas in fronte locat cum prole; secundam
 Inde Liam; cum matre datur sors extrema Ioseph;
 Ipse omnes prior ante volans, genibusq; volutans,
 Septena vice pronus bumi, & submissus adorat.
 Erubuit (cedente odio iam) iura fidemq;
 Supplicis, & multo suspensus ad oscula fletu
 D 5 Esau:

Esau: Hec qua turba comes? rogat, illaq; longe
 Prauia? Dona Dei, fraternaq; munera partim
 Ire, sonos reddente; simul genua omnibus illis
 Amplexis: Tua, frater, habe tibi, dixit, in aquor
 Nequicquam laturus aquas. Vicere precantis
 Blandimenta tamen, ne dona oblata, sereno
 Solares vultu radios aquare notatus,
 Respueret, comitante gradu accessurus eunti,
 Aut socios iuncturus ea de plebe suorum;
 Ni soboles, grauidumq; pecus, non passibus equis
 Succedens, seruanda sibi vestigia gressu
 Alterno, vsq; Seir suassisset ferre priorem:
 Fratre solum mercante Socoth centum ilicet agnō,
 Ac statuente, Dei validi quae dicitur, aram.
 Hic, vbi Dina loci visum expaciata puellas,
 Virginitatis, habente Sichem, libauit honorem.
 Non impune tamen. Nam mista insania luctu
 Occulto, agrefcensq; dolor fratrum ossibus inis,
 Omnis in vetrici flagrabat imagine pœna:
 Dum stupri vafra arte suis cum ciuibus autor
 Occideret, spoliūmq; daret rapientibus Vrbcem.

XI. MIRACVLVM.

Vitium filia illatum, grauiusq; vindicatum, pater
 dolens, vicinorum metu secedit: Deoque appa-
 renti, & promissiones repetenti, altare extruit.
 Tum Rachel parturiens, extinguitur. Nec non
 Ruben thalamum patris contaminat. Isaac tan-
 dem moritur, sepultus à filijs, post paulò inuicem
 sepegatis.

At pa-

AT pater infelix, factum indignatus, & horrens
 Finitimos, iussusq; Deo, simulacra ministri
 Sub quercu tumulare gregis; preendente nec vllō,
 Ire Bethel; largos Deboræ impendere fletus
 Exequijs; altare duci adificare viarum;
 Atq; super dare liba oleumq;, è morte renatus:
 Ipse Deus quoq; sese oculis offerre professum
 Omnipotens; iterare notam Israëlīs; & omni
 Edere maiores numero, regesq; nepotes,
 Queis maneant immota patrum sua fata, suoq;
 Haud dubio, Chanaan fatales munere terræ.
 Instanti cum vitia Rachel discrimine partus
 Beniaminis, luctantem animam exhalauit in auras;
 Et celebri (ducente Viro lacrymabile funus,
 Ac tumuli memoranda suis monumenta notante
 Carminibus) successit, vbi Ephrata parua, sepulero.
 Laxarat nondum ora prior, contracta dolore,
 En alius res casus agit. Femerare furenter
 Ausus amore Ruben patrium incastrante cubile.
 Quid? quòd, vbi natum reducem vix viderat, cuum
 Oëloginta actis & centum finijt annis.
 Isaacus? Patris ossa cado frigentia fratres
 In Mambres texere duo conualle, colentes
 Coniunctis vicina animis: Dum largius auctæ
 Diuitia, innumeriq; greges vtrunq; iuberent
 Discretis habitare locis. Ac mitior Esau,
 Vxores, natosq; (Duces labentibus annis
 A patre Idumææ telluris nomen adeptæ)
 Ac sua cuncta trahens (nec enim quis ditior ipso
 Et pe-

*Et pecore & famulis) sedem sibi legit amatam
Umbriferi montana Seir ; Patri hospita quondam,
Et fati promissa suo, fratre arua tenente.*

SECUNDI LIBRI
FINIS.

BIBLIDOS
Liber tertius.

I. MIRACVLVM.

Ioseph, patri inprimis charus, gregesq; visendi gra-
tia emissus ; pessimè autem ob singularem cor-
poris cultum, ob inuidiosa somnia, à fratribus ac-
ceptus, immò denudatus, abiectus, demumq; ve-
nundatus, in exilium mittitur : Et ad fucum patri
faciendum, belij discerptus fingitur.

Ntere à tria lustra puer complerat, &
annum,
Pascetes seruare greges assuetus Ioseph
Cum natis Zelphæ atq; Balæ ; nec crimine patrem
Fraterno celare, sibi magis omnibus æquum,
Quòd genitus foret ille Seni, tunicamq; trilicem
Pictus acu ; tum caussa idèd noua Fratribus orta
Inuidia, cui dicta dabant duo somnia vires.
Fatidica noctis sub imagine viderat, vna
Omnibus in numerum nexari farris acervos ;
Atq;



*Atq; suum campis erectum stare manipulum :
Fraternos autem circum agmine supplice fundi.
Viderat & pernox, vndenos ætheris ignes,
Atq; oculos mundi geminos, sibi lumine prono
Submitti : Istaq; visa suis memorabat. Amaris
Cum dictis Genitor, fati haud ignarus & aui,
Increpitans : quæ nam (inquit) idèd portenta renarras ?
Ecquid vterq; Parens, ecquid fratru, ordine supplex,
Turba, tibi voluemur humi, dominiq; superbi
Et regis patiente iugum ceruice feremus ? (uisq;
Hinc patrium res mira animum stimulare, no-
Pectora disturbare odijs fraterna, nocendi
Consilium dum fortè daret locus. Omne feracis
In Sichemes herbosa pecus patrium arua vocarât :
Ac Puer,*

Ac Puer, ut speculator id exploraret & omnem
 Fortunam, ad mandata patris festinus, agebat
 Hebronis se valle. Vias ubi cultor agelli
 In notas reuocare vagum, & deducere Dothen,
 Quò fuerant alterna greges in pascua pulsi.
 Iamq; propinquantis capiti funesta mouentes;
 En, aiunt, Recitator adest. Quin morte peremptum
 Protinus, aethereo igne scrobi & vitio aëris hausta
 Injicimus, dicenti, auidas lacerum vnguibus vncis
 Membratim satiâsse feras: Promissaq; somni
 Scilicet indubitata, fides manifesta sequetur.

Asi inhibens consulta Ruben, procul omine diro
 Absit (ait) tam grande nefas à fratribus absit:
 Proiectum, satus esto: Iuuetq; habuisse propinqua
 Innocuas à cæde manus. Seruare verendo
 Incolumem conatus ea ratione parenti.

Ergo salutantem stantes circum vndiq; palla
 Et Tyria spoliant tunica, nudumq; lacertos
 Arenti immittunt putco, victuq; sub umbras
 Gramineis vtcunq; thoris, sua corpora sternunt.
 Ecce autem è Galaad, Mareotica regna petentes
 Ire viatores obscurior, atq; camelos
 Portantes resinam, stacten, & aromata, puluis
 Prodidit. Exclamansq;: Quid ô precor, inquit Indas,
 Profuerit, furto esse reos? Ea gratia fratrum?
 Seruitum precio emtus, cat. Rabie omnibus vna
 Pectoribus subeunte simul, serobe tractus aperto,
 Venit, Aegypti procul asportandus in oras.

Rem verò ignorante Ruben, vacuamq; dolente
 Cister-

Cisternam, culpante scelus, mærente solutis
 Vestibus, ac loca cuncta suis implente querelis;
 Nec, quid agat iam, quòue fuga se vertat, habente;
 Cade cruentantes hædi Multicia, patrem
 Ad stupidum nouitate mali, misere, rogatum,
 Hæc natine reperta sui censeret? At ille
 Exululans: Agnosco mei velamina nati,
 Reliquias, & signa, dati letho, vngue ferarum,
 Ac mersi heu viuo truculenta in viscera busto.
 Dixit, & abscissa turpatus veste, nec vllò
 Natorum alloquio luctum positurus acerbum,
 Addidit: Extincto Stygias comes ibo sub umbras.

II. MIRACVLVM.

In Aegyptum deportatus Ioseph, & ab heri vxore,
 propter formæ excellentiam, perditè amatus; Sed
 nequicquam ad stuprum sollicitatus, ac, cum post-
 habito profugisset pallio, grauissimè de vi accu-
 satus, in carcerem diuturnum compingitur.

Sic Furijs ubi flammæ animos vlticis amore
 Incensos fraterna odia explere, timendi
 Non habita ratione patris; factuq; gemello
 Implcuit (nec spontè) nurum, deceptus Indas:
 Multiuago fecunda gradu mercator Eous
 Intrarat tepida arua Phari; stabatq; Spadoni
 Ad cyathum puer emtus hero: Dum flore iuuenta
 Integer, atq; fauore Dei, cumulantis ob ipsum
 Successuq; opibusq; lares, maioribus aptus
 Officijs, data scepra domus curator, haberet.

Iamdudum frons plana, coma per eburnea fusa
 Colla,



Colla, supercilia atra, rosas aequantia labra,
 Insignes candore manus, certantia stellis
 Lumina, vernantesq; noua lanugine mala
 Illius, intulerant animo graue vulnus herili.
 Putipbaris famulum vxor amat: latet ossibus imis
 Pestis edax, miseroq; quies haud vlla furori
 Monstrat opem: Dum fassa sui petulanter amoris
 Proh fructus, oculis blandita, poposcit Ephelum.
 Ille negans: Duntaxat opum, rerumq; tuarum
 Cura, tui data nulla mihi. Non cmero tanti,
 In dominam sceleratus heri peccasse minister.
 Dixit. At ipsa semel sumtis conatibus obstars
 Quotridiè, impatiensq; mora, quo cardine cunq;
 Iulecebris surdas prætentat inanibus aures.

Fortè

Fortè dies est visa viam præbere procaci
 Nequitia. Iuuenem solito de more, nec vllò
 Participe, exercebat opus, penetralibus imis.
 Illa nouos molita dolos, cum supra rogasset
 Irrita, dilapsiq; manu direpta teneret
 Pallia, nec multùm cunctata, dolore repulsa,
 Sicut erat laniata comas, lacrymisq; coactis
 Ora super mentita, sono grauiore ministros
 Atq; virum, qui fortè superueniebat ab agro,
 Conclamans: Audaciter id scelere (inquit) ab vno
 Hebraeum spectate virum: Qui fortia sæpè
 Vincla pudicitia frustra tentauit adulter
 Blanditijs donisq; mea; & nunc poste reuulso
 Irrupit, quocunq; mihi vim iure paratum:
 Voce mea nisi pulsus opem clamante, relicto
 Hoc ipso (fideiq; notam mirantibus illis
 Haud dubiam ostentabat ouans) fugisset amictu.
 Tuq; feres impunè, thori dulcissime consors? (xor
 Non equidem tulero, ille refert, malè credulus, v-
 Ne dubita: luet ausa, luet, seu carcere clauso,
 Cui præsum, seu morte, nocens. Nò dum ore quierat,
 Et iam præcipientem rapiunt ad herile parati
 Obsequium famuli, quos capti gratia dudum
 Ante alios, telo inuidia stringebat acuto.
 Immeritus sub turre latet: tandemq; parumper
 Laxari, miserante Deo, officiosus ad omne
 Seruitium, positusq; manus auferre catenis,
 Et vinctos sub se custode tenere, meretur.

E III Mira-

III. MIRACVLVM.

In eundem coniectis carcerem duobus regijs ministris, gemina interpretatur Ioseph somnia, euentu coniecturæ prorsus respondente. Alter enim regi, diem natalem agenti, ad ministerium reuocatur, alter in crucem tollitur.

HUc etiam delicta duos traxere; diuq; Panam expectabant in carcere, regius ille Pincerna, hic Pistor: tacitis dum somnia certam Fortune sua utriq; darent ambagibus vna Nocte fidem. Fors corda metu glaciante rigentes, Manè superueniens, admirabatur Ioseph; Cumq; doceretur causam, perplexa soporis Solliciti simulacra: Deo recitate ferenti Signa futurorum, inquit. Ibi Pincerna: Videre Visus eram, triplici Vitæ propagine sensim Ut gemmis induta suis mox plena racemis Turgebat; dextramq; calix implebat inertem Regius, ac pressa vna scyphum; Regiq; petenti Musta dabam noua. Terna dies, excepit Ioseph, Tres penitus propago notat: memoriq;, catenis His liber, regi, antè velut, statuere minister (rit Ad cyathum. Modò blanda (precor) te quando loca- In solido fortuna, mei non immemor, vrge, Hoc insons, furtimq; meis abductus ab oris, Exoluar pædore. Hilari tum voce salutans Augurium: Tria, Pistor ait, sub imagine somni Plena farinarum famulante canistra ferebam Vertice, pistorisq; manu quæ crusta parantur

Artifi-

Artifici, diuersa tenens præcelsius, escis Imnumeras pascebat aues. Tibi tristia certè Fata cano; Coniector ait. Tres fiscina triplex Designat soles: cum rege iubente, cruenti Carnificis rapière manu, laqueoq; necatus, Et cruce dependens coruos saturabis ab alta.

Tertius Hesperio perfusus gurgite, Titan Extulerat cælo iubar, & nimium utraq; veri Vatus agebantur præsagia. Namq; vocarat Ad natalitias epulas, sua festa, suorum (rum Omne genus Pharao. Procerum prior ordo, mino- Proximis inde. Strepit vario læta aula tumultu: Regifico luxu, Aegypti nec numine mensæ Stant vno; Bacchusq; sacro generosus in auro It circum, & facit ipsa dies, meminisse duorum Carcere clausorum. Pincernarumq; magister Iussus adesse, datum poscenti pocula Regi: Ac Pistor, collum nodatus reste, voraces Infelix ab stirpis onus, satiare volucres; Expectante diu, dum surriperetur, Ioseph.

IIII. MIRACVLVM.

Gemino Rex perturbatus somnio, cum ariolos frustra consulisset omnes, serò pincernæ admonitu miserum captiuium è custodia euocat. Tum ex animi sententia abundè edoctus, dignitatis & matrimonij ornamentis affectum, à se coli secundum mandat.

Quid? Duo transferant hyberna, volubilis anni Orbibus exactis, Pharaoq; tapetibus altis

E 2

Extru-



Extrusus, toto proflabat pectore somnum :
 Cum fluium seflare super sibi visus, & imo
 Alternis prodire boues & gurgite septem ;
 Sentibus has pingues iuncisq; palustribus, illas
 Marginis exiles iniusso gramine pasci,
 Atq; adeo membra ore audivo glutire priorum :
 Seq; sibi excutiens, & somni visa retractans,
 Luminibus redeunte videt diuersa sopore.
 Flauentes septem grauidæq; cacumen arista,
 Vnius ruptis tunicis & cortice culmi ;
 Ac totidem steriles, nec quicquam pinguibus illis
 Expletæ ventres, enascebantur auena.

Ut sole est expulsa quies, Rexq; anxius intra
 Limea, ubi est mortis, dubios expendere casus,

Conci-

Concilio Aegypti Auguribusq; Magisq; vocatis
 Somnia visa sibi, studio exposuisset inani ;
 Tum demum : Malè gratus, ait Pincerna, recordor,
 Ut mecum clausus vinculis & carce Pistor
 Ob noxam, non falsa sui praludia fati
 Viderit in somnis : Famulusq; ut Hebraeus ibidem,
 Inde necem alterius certam, alteriusq; salutem,
 Euentu firmante fidem, prædixerit auspex :
 Pascit enim suspensus aues, ego munere fungor,
 Vix expectato dederat finem ore loquendi,
 Regis & accitu (decima tunc frigora brumæ
 Ter numerans actæ) iam non informis Ioseph
 Veste noua, tonsisq; comis, velut anguis, & annis,
 Et positus nouus exuujs, medio adstat, & aures
 Intendens auidas ad regia somnia : Signis
 Planè eadem complector, ait. Certo omine Regi
 Præmonstrat ventura Deus. Septem ordine Vacca
 Corporis eximij, & turgentes semine Spica,
 Messibus ornandos septem : Sed inanibus armis
 Et lassa ceruice Boues, Spicaq; vel æstu
 Pestifero, vel fortè mala rubigine lasæ,
 Heu septem spondent non equos frugibus annos,
 Et macie siccaq; siti annonæ omnis edaces,
 Non istis duntaxat agris, sed vbiq; per orbem :
 Atq; fidem duplicata probant simulacra quietis.
 Rege igitur mandante, animi solertis & acris
 Ingenij nunc vna viro sit cura, per vrbes
 Ut frugum, hos septem plenos successibus annos
 Lectarum, expectent quintam vacua horrea partè,

E 3

Septen-

Septenni qua deinde fami futura supersit.
 Extemplò responsa fauor clamore secutus
 Confremuit, solioq; sedens lucente smaragdis
 Rex, murmur decreuit vbi grauitate iuuentis,
 Orat: Eum qua terra virum dabit? Aethere missus
 Tu nobis interpres ades diuim: Augure nemo
 Te potior, nec, qua molimur, dignior actis.
 Tu nostra cape iura domus; Tu premia regni
 Solus habe; Tua iussa volens Aegyptus adoret;
 Dum saltem diadema mihi soliumq; reseruem:
 Ac pariter cum voce suis beryllon adentum,
 Submissi ad terram digitis, colloq; momile (ostrum.
 Baccatum, atq; humeris Sarranum accommodat
 Tum biga propiore vehi, regniq; secundo
 Curuari iubet omne genu: Et cognomine dictum
 Seruati mundi, Asenetha facit esse maritum:
 Putipharis qua nata, Hyperiona thure colentis,
 Post paulo facit esse patrem. Cum prima Manasses
 Aerumna, patriaq; domus obliuio, cretus:
 Iude Ephraim, exilij maius solamen Et augmen.
 Ac pridem, indulgente sibi nimium vberè glebæ,
 Terra redundantes messes mirata, satosq;
 Proventu sulcos onerans, atq; horrea vincens
 Omnia, continuare suos iam ceperat annos.
 Dum tandem assiduo igne poli feruentis hiulca,
 Agricolam vanis eadem deluderet herbis,
 Et victum seges agræ homini pecoriq; negaret,
 Cum longa vbertate famem æquatura morantem:
 Non tantum esuriente Pharo; sed ab omnibus oris
 Huc

Huc populis alimenta sibi venientibus emtum,
 Isaaci plenas cumeras pandente Nepote.

V. MIRACVLVM.

Fame passim grassante, Iacob Filios, rei frumenta-
 riæ causa, mittit in Aegyptum. Qui durius acce-
 pti, proditiõnis insimulantur: Suxq; innocentiz
 Simeontem relinquere coguntur vadem, fratrem
 natu minorem adducturi. Atq; ita dimissi, cum
 annonæ precium ostenderent restitutum, turbati
 ad patrem, minimè exhilaratum, reuertuntur.



NEc Chanaan exempta malo, fallentibus aruis
 Depositum. Natosq; vocans: Quoniam vsque
 subactos

Isacides tenuabit, ait, grauis ardor edendi?
 An, miseros vt iniqua fames necet? Illicet ite,
 Egyptus frumenta dabit. Iam iussa parantes,
 (Fratre, via impatiēte, domi cunctante minore)
 Non comitū sine plebe, Phari tacta arua tenebant.

At cuius nutu res ibant, vocibus iram
 Pratendens, ad anabela pedum simul oscula stratos,
 Qui veniant, aut vnde domo? proterret Ioseph.
 Ac patriam, caussamq; via timido ore professos
 Agnoscens, veterisq; minū somni immemor, omnes,
 Explorare aditum prodenda in regna, venitis
 Intonat: Et rursus, culpam inficiantibus, vno
 Patre creatorum, bis sex fratrum esse, docemq;
 Emturos venisse cibum, & minimo ante parentem
 Ludente, occubuisse alium nece scilicet; instat
 Ingeminans, aditus (inquam) explorare venitis:
 Teste probo Pharaone, pedem hinc efferre nec vni
 Captorum, minimum vestri dum specto, licebit.
 Nec mora, captiuūq; fugam custodia clausit.
 Emissis aurora tamen spondere salutem
 Tertia, cū Curator ait: Vos gratia (testor
 Numina) si qua debet, alit, sponsore relicto
 In vinclis, ite, emta domum deferte, minorq;
 Quò constet suspecta fides, nec pana nocentes
 Precipitet concepta semel, comes omnibus adsit.

Dicta placent: paulūq; retrò facientibus orbem,
 Hos manes equidem, vnus ait, modò credite fasso,
 Perpetimur; penūq; reos exercet Erinnyis.
 Utilitas qua tanta fuit, tentasse fidele

Insi-

Insidjs & fraude caput? lacrymasq; malignis
 Fraternas spectasse oculis? Et ne qua trementi
 Vis fieret (meministis enim) puero, orsa vicissim
 Iniciens antiqua Ruben sermonibus, inquit,
 Quid nostræ valere preces? nunc ausa piamus.

Hæc illi inter se iactantes dicta serebant,
 Ignari intellecta, opera quòd ad omnia, linguam
 Ceu minū accipiens, interpretis vsus Ioseph.
 Isq; oculos auersus vbi largo imbre madentes
 Siccasset, dubios quis solueret obses? adortus,
 Cunctentur quid multa? manu Simeona prebensum
 Iniecta, quasi nil miserans, in vincla petiuit.
 Clàm famulis mandata dedit, sua cuiq; supernè
 Emtorum tritico saccis turgentibus, ara
 Adijcerent, & abire opibus paterentur onustos.

Ergo suas merces ad patria rura rebentum
 Vnus vbi noctis sub sera crepuscula saccum
 Excuteret, defessum asinum farragine mixta
 Impleturus, in ore videns summo ara: Quid, hiscit,
 Aera mihi supposita, rear? Vox terruit omnes,
 Et miræ nouitate rei obrepente, quid esset
 Sollicitos confudit: hebet per corda gelatus
 Sanguis, abit mens, ora metu stant muta coorto.
 Ut voci laxata via est: O maxime rerum,
 Quæ trepidis aut lata paras, aut dira, repertor?
 Confusus gemuere sonis. Sua limina tandem
 Contigerant, auidoq; patri scire ordine longo
 Acta recensabant & pacta: Simulq; ruentes
 Effundunt frumenta, simul summo ore ligatum

E 5 Argen-

Argentum cuiusq; suum admirantur. At ille
 Vociferans : Orbum esse, gemit, me vultis. Ioseph
 Non superat; Simeon vinculis & carcere torpet;
 Benjaminem, qui sola mea pax, spesq; senecta,
 Hinc procul asportare procul. furor omnibus idem:
 Méme vni mala tanta petunt. Mibi trade timorem
 Chare tuum Pater, ore Ruben spondente profatus
 Ingreditur : Nisi, crede, datum tibi rexero retrò,
 Natorum fac dede neci vel vtrumq; meorum.
 Ille sub hac : Non ibit (ait) malè scilicet orbis
 Fratres. Mibi si dulce caput qua procella feriret,
 Ut feriant mala multa vagos, haud absq; dolore
 Caniciem présente meam abripietis ad umbras.

VI. MIRACVLVM.

Necessariò, vt fratribus comitem adiungat Beniamin, Iuda fidem suam interponente, acquiescit miserandus Iacob. Illi profecti, cum se periclitari suspicarentur, oblati q; muneribus, interrogati de quibusdam circumstantijs, insperato excipiuntur conuiuio.

Interea sensim aucta fames crescentibus annis,
 Crescebat quoq; mille locis. Alimenta q; rursus,
 Quæ dederat Pharos aqua, dolens rarefcere Iacob,
 Suffectura iubet natos properè ire paratum.
 Tum, faciles mora nulla tenet, contrà orsus Iudas:
 Unum obstat; Vir ille, Deum Regemq; vicissim
 Testatus, nobis reditum promisit inanem,
 Ni sua germanum comitem traheremus ad ora.
 Id si te patiente licet, simul ibimus emtum

Anno-

Annonam; Impatiente, pedem nõ mouero quòquam,
 Testandi quòd in re vector, sine fratre reuerti.
 Trificiam cumulare meam, superesse minorem,
 Ille refert, dixistis. Ti contrà : Ordine recto
 Quarentem, genus vnde? Paternè superstes? & ec-
 Restaret nostrum? qua prosequeremur ab arte, (quis
 Ignari, quos ipse dolos versaret opertos?

Ante alios, genua ima Patris complexus, Iudas
 Castigat quoq; voce metum : Fac velle, parentes
 Exponat ne longa fames cum pignore morti.
 Una mihi sit cura Puer, referendus; Ego vnus
 Amissum, pensabo reus : Dum longa moramur,
 Iam gressus flexisse retrò fortuna dedisset.

Tum verò: Succumbo pater; quòq; aspera ducunt,
 Fata sequor : nunc ite, graues sed fructibus ite,
 Et resinam, stacten, styracem, terebynthon odoram,
 Balsama, amygdalinasq; nuces, terra omnia nostra,
 Quisquis is est, portate viro, munuscula, duplo
 Cum precio, veniam fortasè merebitur error :
 Nec comitem fratrem ire, nego. Tumida ille volente
 Corda Deo domet, atq; mihi placabilis, orbo
 Interea, reduces omnes, rata gaudia, donet.
 Dixit. Et vnanimis iter arripuere secundum.

Quos vbi presentes simul excepisset Ioseph :
 Hostibus, promo inquit, ad interiora vocatis,
 Fac iugula pecudum omne genus, dapibusq; futuris
 Sterne thoros, strue mole penum, mensasq; Lyao;
 Hunc laribus sacrabo diem. At diuersa trementes
 Cura coquit: Nos huc ablata pecunia claudit,

Suspi-

Suspirant, & fortè doli, quibus inscia culpa
Turba, capi mereamur, & ad iuga tristia cogi.

Ergo docent vno ore virum: Se alimenta coemtu
Antè etiam venisse, sed ignorare, profectis
Quo casu cuiq; ara suns data saccus apertus
Reddiderit; quæ dupla ferant: fandi atq; nefandi
Hoc memorem curare Deum. Deus ille, timorem
Ponite, turbatisq; (precor) ne cedite rebus,
Affluxu ditauit opum, quos debita posteo
Nulla, minister ait. Dictoq; repentè solutum
Produxit Simeona; pedes lotum omnibus haustas
In medio defixit aquas, & pabula mulis
Adiecit. Certam his moniti sperare salutem,
Dona parant, stantesq; tenent: & vt altior orbe
Sol medio, quem turba comes stipabat, Ioseph
Ingresso, sua quisq; manu, ad terram vsq; voluti,
Prætendunt. Qui voce leui, dextraq; salutans
Erectos: Auris'ne senex vitalibus, inquit,
Vescitur incolumis Genitor? Tibi, vescitur, aiunt,
Sospes. Et hic, recto designans pollice stantem,
Frater (ait) minor? Iste minor referentibus, instat:
Chare mihi Puer, opto Deum experiare benignum.
Plura negat, torpente acie, fugiente colore,
Assurgente coma, & quatiante trementia dudum
Ilia singultu, vox intercisa: dolorq;
Casuros super ora, iubet suspendere fletus.
Quos paulum summotus, vbi siccasset, & agra
Mente recollectus, dixisset tempora mensa,
Accubuit, primo ipse gradu: coniunctior inde

Ordo:

Ordo: thoros extrema Phari plebs finit, Hebreis
Religio quæd prisca vetet considerare mensis;
Sede sua quævis atas, maiorue minorue;
Beniamini modò cessit honos à Fratre secundus:
Dum dapibus vinoq; modum nox ebria ferret.

VII. MIRACVLVM.

Abituris, vicissim sua cuiq; pecunia supponitur clan-
culum, non citra Iosephi craterem Beniamini ad-
iectum. Et ex via retractis, furtiq; insimulatis,
domum quidem redeundi facultas datur, sed reo
relicto. Quem tandem multis precibus Iudas e-
xoluit.

EXoriens Aurora diem reuehebat; & ipsis
Se properos, asinosq; via expedientibus, Augur
Iam se matutinus agens: Age, dixit, ituros
Serue graua, argentumq; suo, clam cautus, vt antè,
Cuiusuis absconde loco, ipsorumq; minori,
Cum precio, suppone scyphum, quo prouidus vtor.
Præceptum, obsequio celer, ille facessit herile:
Nec longè digressi ierant; reuocansq; ministrum,
Imperijs alijs herus increpat: Ocyùs iret,
Ac multo clamore viros sequeretur, amicis
Ingrati temerè officijs, cur damna rependant?
Quam pateram furto abstulerint, domini esse, suet
Qua bibat, & secreta suo petat omina celo;
Iam pensent mercede nefas: cunctisq; prehensis
Inculcat repetita. Gradum tenuère repressum
Attoniti, mixtoq; queant qui tanta piacia
In iustos cadere? ore rogant. Nunc quippe relatum,
Inuen-

Inuentum precium antè, nec, hoc quòd cardine fures
 Esse velint, caussam esse. Ageret, vel protinus om-
 Excuteret; lucretq; reus morte ausa, daturis (nes
 Colla iugo reliquis seruilia. Proprius ensis,
 Excipit hic, iugulet meritos: Quemcunq; repertus
 Arguerit scyphus, ille mei feret acria captus
 Seruitia enixè domini; nec culpa nocentis
 Infantes qua mole premet. Simul omnia stantum
 Exonerat iumenta, simul scrutatus, adulti
 A serie ad minimum usq; reum hunc deprendit. At
 Vestibus abscissis, & brutis rursus onustis, (illi
 Conuersos legere gradus. Ac primus Iudas,
 Cùm dubium facinus, proiectis corpora terræ,
 Securisq; sui auguri, exprobraret Ioseph,
 Vultu iram confessus: Habe nos corpora, clamat,
 Serua tibi: Nec enim, quod prætendamus, habemus;
 Ad pœnam trahit æqua Dei vindicta nocentes.

Mancipio furem, ille, dico, æternumq; dicabo;
 Immeritis ignosco libens, donoq; recursum.
 Tum supplex, veniam præfatus, inertia rerum
 Ex alto mouet acta: Data est vbi copia primùm
 Hospitibus, tua, chare Deo, coràm ora tueri;
 Quærebas, essetnè domi pater? insuper esset
 Frater? Et, esse senem, pucrumq; vtriusq; parentis
 Delicias, alium pridem cassum atbere, iussis
 Mandabas, vt deinde tibi cernendus adesset:
 Solliciteq; patris nimium excusantibus, huius
 Iacturam qui morte pari pensaret, amorem;
 Si memor es dicti, reditum sine fratre negabas.

Atq;

Atq; domum præcepta quidem portauimus ista:
 Sed mox decresciente penu, cùm denuò patri
 Ire iuberemur, cunctantes fratre relicto,
 Lamentis his, hosti etiam lacrymabilis, vsit:
 In gremium mihi chara, vteri duo pignora, coniux
 Reddidit: alterutro, præda, si credo, ferarum,
 Destituor pridem; alterutrum malè crimine vestro,
 Si qua vocant aduersa, vocor manifestò ad umbras.
 Ergo meo hoc sine fratre, anima, mihi crede, pa-
 Dimidio, miseresce, redux ac sponsor inanis, (terne
 Ad Styga cum gemitu miseros detraxero canos.
 Quàm melius mea colla tuo, modò fratre redempto,
 Afferro seruitio, patris discriminis exors.

VIII. MIRACVLVM.

Fratribus se confessus Ioseph, vt Patrem eant addu-
 ctum, sua sponte, & regis iussu, mandat. Vix ac-
 cinctis dona, iumenta, atq; plaustra adiicit. Ipsi
 domum reuersi, & Iosephum viuere nunciantes;
 Patrem gaudio reddunt delibutum. Qui se vix,
 manifesto præsertim Dei monitu, committit, ac
 Filium tandem habet obuium.

Plus æquo suspensum animum occultauerat ille:
 Cùm ficta cecidère mina, turbaq; remota,
 Ut fratrum priuata forent ea gaudia, clara
 Voce, pio fletu ora rigans: Ego frater Ioseph
 Vester, ait: Sed, fama, patrem mihi viuere, verane?
 Et, mutis terrore, modoq; loquentis; Adeste,
 Ingeminans: Ego frater, ait, malè venditus ære.
 Sed benè habet, sedate metum. Non numine lauo
 Præmis-

Præmissum huc me, vestra salus. Nunc præpete cursu
 Ingratas pensate moras, & mitia nati
 Amissi, perferte patri mandata: Quid hæres,
 Ad dominum migrare Phari, victurus, & agro
 Sessurus Gessen, quo non fecundior vnum
 Te pascet cum prole, greges, armenta, ministros?
 Annorum, pater, ista famas exacta duorum,
 Nulla fuit: Pigro accensi vitio æris instat
 Quinq; secuturis grauior longè. Omnis aratro
 Suspensio cessabit humus, rubigine falces
 Rodentur; non poma comis arentibus arbor
 Vlla feret; non, imbris egens, sua gramina campus:
 Non vineta suas nudis in collibus vuas:
 Posthabita morière Pharo. Istius ergo potentem,
 Progeniem visure, veni: Sic fatus, & vlnis
 Benjaminem complexus, honestaq;, fluminis instar,
 Fletibus ora rigans vndantibus, ordine pulcro
 Blanda petendorum surrexit ad oscula fratrum.

Iam lætam vulgata noua compleuerat aulam
 Fama rei; hospitibusq; daptes in tecta vocatis
 Interiora parans, & sede locatus eburna,
 Multa super Seniore, super Genitrice, superq;
 Cùm Chanaan rogitàset humo Rex, talibus vlti
 Accliuem propiore thoro, hortabatur Ioseph:
 Frumentis, opibusq; tuos dimitte volentes;
 Hucq; domo aduentare iube cum stirpe parentem,
 Ut nobis ditetur, & vt terra optima carpat.
 Famineo, teneroq; gregi, rebusq; per artem
 Omnibus, vt mora nulla via, da plaustra vehendis.

Collo-

Colloquijs, epulisq; quies vbi venit, & ortu
 Sopitis aurora diem prægressa, tulisset:
 Hic celerans mandata, stolas iam iam ire paratis
 Duplicat, & quinis auri subtegmine, largus
 Benjaminem, magno argenti cum pondere, donat:
 Munus idem dat ferre Patri, sed & addit asellos
 Bis sexus vtriusq; decem. Quorum illa potentis
 Aegypti pars portet opes: dorso ista ministro
 Pars triticum, et diuersa vehant alimenta viarum:
 Quas incant sine lite, monet. Successibus ipsi
 Dudum alacres, notum relegunt iter. Atq; penates
 Ut primùm irrupère, pari conamine clamant:
 Euge, Pater, recreare: tuis tibi Filius, ille
 Desletus, magnaq; Phari regione potitus,
 Luce sua fruitur, & te nostro ore salutat.

Qualis vbi immodico victum languore veterhi,
 Implet imaginibus, manifestaq; gaudia spondet,
 Spe vix se cohibente, quies: vbi somnus abactus,
 Fallit, & heu sero suspendit pectora voto;
 Euentum fortuna ferens dum fortè sequatur:
 Talis ea ad memorata Senex inopina, caduca
 Ambiguus rationis inops affectibus errat;
 Nec credit miser ipse sibi, simulacra soporis
 Vana ratus, dum certa palam rerum acta locutis
 Ordine, & in vacua ossa suo redeunte calore,
 Munera missa tuens, lacrymosaq; gaudia mentis
 Voce triumphantis modica testatus, hiaret:
 Hoc maius quid honore Deus mihi? Ducite, visum
 Ibo meum natū antè, pius quàm mittor ad umbras.

F

Secum

Secum igitur sua cuncta trabens, de nocte quieuit
 Ad Testis puteum. Hicq; Deo Patris, exta bidentum
 Casa ferens, spargente iubar per opaca locorum
 Luce repercussum, & repetito nomine, sese
 Confessus praesto esse, cauis vocem auribus haurit:
 Ne trepides; Ego namq; tui Deus ille Parentis.
 Me gressus moderante tuos illucq;, retroq;,
 Aegyptum ingrediare, mihi gens magna futurus:
 Faxo, Senis fessi cara lumina claudat Ioseph.

His monitis molitus iter fatale, rotisq;
 Septuaginta animas sobolis simul atq; nepotum
 Asportans, Nili iussas tandem attigit oras.
 Aduentum tamen ante suum qui certior autor
 Indicet, ire placet: Quae munera fortis Iudas
 Spontè subit, fratriq; hilari se nuncius offert.
 Is properè sublatu equis, occurrit, & haerens
 Amplexu, lacrymis patrem gaudentibus implet;
 Haecq; facit non multa loqui: Tua nate, tueri
 Quandoquidem coram ora datum mihi, nolo, quid
 Cur morer inuisam, te nempe superstitè, vitæ? (obstet,

Ut pietas satiata mora subsedit, & umbris
 Discussis vtrinq; suae lux reddita menti;
 Paulisper nunc, Augur ait, dirimamur, & index
 Regi ibo: Cum patre, thori & consortibus, omnis
 Progenies, simul axe vehens sua, remq; laremq;,
 Tantum ouibus fontes & pascula quarere iuncti,
 Finibus applicnere tuis. Ipsiq; roganti,
 Quod soliti faciatis opus? modò pauca: Magistri,
 (Quos odit gens ista) ouium, pastoribus orti,

A pue-

A pueris sumus inde, tibi seruire parati.
 Nec dubium, quin terra, Phari qua nulla colonis
 Contigerit magis apta nouis, erit hospita Gessen.

IX. MIRACVLVM.

Israëlitis à Rege sedes assignatur cetera; & in omni
 rerum abundantia viuentibus, Aegyptij esurien-
 tes, seruituti se subiiciunt. Iacob, vt corpore la-
 xatus, ad Patrum referatur sepulera, exorat: fi-
 lijsq; Iosephi adoptatis, prospera precatus, solum
 Sichemitarum testamento legat.

HAec fatuus, dicta ipse gerit sua, fratribus aula
 Secreta in mediae penetrabilia, quinq; vocatis.
 Rexq; alia ex alijs quærendo, vbi multa moratus:
 Accitu nostro Patrem interualla locorum
 Emensum tot, habere iube sedem, optima regni
 Quae nostri non segnis humus, fert pabula, Gessen:
 Sitq; mei, quicumq; gregis vigil aduena, custos.
 Sed Genitor cur tardus abest? Is vt adstitit, ante
 Rege salutato, consultus tempora vitæ:
 Centum & ter denos spacijs breuioribus annos,
 At miseros, quales ignota per oppida viuit
 Exul agens, excedo Senex, atate parentum
 Inferior longè, inquit: Et inclinatus, abiuit.

Iam tibi parata quies, iam in limine portus, erasq;
 Isacide exilio felix, & inanibus Orbe
 Faucibus illatrante, penus vndantis aceruo
 Diues abundabas; quodq; ipsa egresceret hospes
 Inuida longinquo successu, Aegyptus habebat.
 Frumentis certè omnis opes impenderat omnes,

F 2

Agge-

Aggestas in fiscum, opera solertis Ioseph;
 Nec qua nunc aleretur egens ratione, videbat:
 Dum mutare cibus iumenta gregesq; coacta est,
 Ac tandem miseræ quoq; libertatis amorem;
 Ne spinis squaleret, inops ager omnis aratri.
 Iamq; , patet quacunq;, iugum acceptauerat ora:
 Sola Sacerdotum, quos horrea Regis alebant,
 Immunis restabat humus. Sed & illa perisset
 Victa situ subigente, rudi nisi semina vulgo
 Appensum citra precium data; iussaq; passim
 Arua coli, astatem messe impletura sequentem:
 Sic tamen, vt regi inde, etiam longè vsq; minores
 Cederet ad seros retrò, pars quinta tributum.

Sic igitur placidi Israël ope numinis, ibat
 Felici ad sua vota via; & tellure reperta
 Latatus, serieq; nimis crescente nepotum
 Auctus, adhuc septem maturæ hyberna decemq;
 Transcendit vita. Qua deficiente, vocatum
 Summotis alijs, hac voce precatur Ioseph:
 Si qua mei vel cura tibi vel gratia, dextram
 Sub de meo femori, iuratus & audiat aui
 Arbitr, huic non ossa solo mea danda: sed emtis
 Maiorum tumulis, hinc mox ablata, quiescant.
 Dixit, eoq; citante Deum, deuotus acerni
 In læli latus imbre graui madida ora reflexit.

Morbo autem crescente, redit comite vsus vtroq;
 Natorum vates pius, & memori oscula tandem
 Orc petiturus suprema precesq; Parentis.
 Isq; thoro erectus, dextraq; tenentis inherens,

Incipit

Incipit his: Cum luce Deus radiante pateret
 Ad Luzam terræ Chanaan, mihi fausta precatus,
 Addidit: Immensam, me multiplicante, plagamq;
 Hanc tradente tibi, condes in secula gentem.
 Ergo meum aduentum ante, dedit quos optima partu
 Asenethe, quodd adopto meis, patiare; creatos
 Dein alios habiture tibi, cognominis omnes
 Fraternali heredes, adeundorumq; honorum:
 Cum fato præcepta Rabel, obituq; citato,
 Vere viatorem me, tunc Euphrate relicto,
 Destituens, & pauper vbi iacet Ephrata (Bethle
 Dicta aliàs) mihi prolem aliam, tumultata, negarit.

Sed quinam, quos cerno oculis liuentibus? Assint
 Astutum: Iam agnosco, meos agnosco nepotes,
 Ora ferant libanda mihi, repetenda nec vnquam.
 Cumq; sinu amplectentis eos demississet Ioseph,
 Suppliciter prolapsus humi, & dextrum ocyus illi,
 Hunc læuum statuisset: Auius capita vtraq; tangens
 Blanda, decussatimq; manus errore libenti
 Permutans: Deus, inquit, Abre, Isaacoq; vocari
 Consuetus sine fraude: Deus, qui matris ab alio
 Eductum, hunc vel in vsq; diem, me fouit: In omni
 Auxilium qui clade mihi tulit, Angelus, ille
 Hos pueros ita dexter amet, quod nomen in astra
 Patris, aui, proauisq; ferant: Nec in orbe sit vlla
 Gens vel honore prior, numeroe nepotibus horum.

Orantis media orsa, Pater nimis æquus, Ioseph
 Excepit: manuumq; tuus mihi displicet ordo,
 Inquit; & has transferre locis conatus, ab ipso

F 3

Argui-

*Arguitur : Scio, nate, scio. Sed & ampla propago
Huius erit ; veniente tamen longè antè, minore :
Fausta precaturus cuicumq; , vt vouerit omnis,
Qualem Ephraim, experiare Deum, qualemq; Ma-
En obo, afflictosq; Deus post tempore longo (nasse.
Respiciet, reducesq; dabit natalibus aruis :
Ante alios quorum partem tibi destino, cassis
Victor Amorrhæis, gladio metuendus & arcu.*

X. MIRACVLVM.

*Iacob filijs in specie, cygnea quadam cantione, be-
nè precatus : Rubenis tamen, Simeonisq; & Le-
ui detestatus facinora, tribubus populi futuri du-
odecim constitutis, moritur, vngitur, & magnifi-
co in terram Chanaan effertur funere. Sed & Io-
seph fratribus ignoscit, demumq; ætate conse-
ctus, diem suum obit.*

H*inc reliquis quoq; fata canens ventura, decenti
Ordine continuat: Grauida tu sarcina matris
Prima Ruben, nec caussa patri postrema doloris,
Lucina donante prior, maiorq; , tenendo
Imperio ; exicere caua de more paludis,
Ausus adulterio patrium scelerare cubile.
Te quoq; cum Simeone Leui, duo fulmina belli,
Dedignor : Quoniam furijs vlttricibus acti,
Flagrâstis mactare virum, immeritamq; procaci
Excidio dare deceptis cum ciuibus urbem :
Dispersi, vesana locis simul ausa luatis.*

*Fratribus at venerande tuis celebrabere Iuda,
Ceruices assuete manu domuisse rebelles.
Ceu primo cum Sole, vagam speculatus ab antro*

Aut



*Aut ceruam, aut nondum lunata fronte iuuenctum,
Erigitur stimulante fame, leo : moxq; cubili
Profilit, & prædam petit vnguibus, atq; petitam
Mandit hians, frendensq; , nec insatiabilis vllas
Venantum agrestum: ðe minas, aut vulnera curat.
Sceptra gubernantis non transcribentur Iudæ,
Non eius solio cognati sanguinis hæres
Defuerit, Siloh donec spes gentibus assit
Publica : Pullum, asinamq; loco ad vineta flagellia
Nate ligaturus dilecte, suamq; meraco
Tincturus liquente stolam, & preciosa rubello
Pallia : Sydere & quàm scintillantia formæ
Lumina dulce micant, quàm dentes lacte priores.
Zabulo littoribus naualia fixus amabit,*

F 4

Sidoni

Sidoniq; propinqua colet. Robustus afellus,
Vix ipsi sibi notus, & errabundus in herba
Issachar alludente, vtero tenuis, vberis agri,
Dorso onera adyicienda volens famulante subibit.

Iura dabit legesq; viris Dan, nemine fratrum
Inferior, colubri instar habens enorme, latentis
Ueprae, vias secus, atq; pedi insidiantis equorum,
Incautos in terga datum resupina magistros.

Quam Deus o, Heroa, meam suspiro salutem.

Huic socias effundet opes, ac magnus in armis,
Angustat qua turba globos, per tela, per hostes
Ense ruet, campisq; dabit Gad funera victor.

Rura, nemus, fontes, & pingua agrestis amabit
Pasqua, delicias questum regibus, Ajer.

Ut ceruus populanda sibi expaciatus opacis
In sata spelaeis, postquam vestigia planta
Pascens ostendere, canum latratibus actus,
Ingratis euadit agris, euadit & ipsis
Arte plagis, celeriq; suis pede redditur umbris:
Vis ita Nephthalia velox & gratia lingua.

Iosephi sed Nate mei, tener ore, puellis
Hostica iam te cerno metum per mœnia, segnes
Sollicites ne fortè procos trepidantibus, asper
Attactu leo. Saeva parant dudum, acribus apti
Missilibus, tibi bella: Tuus sed certior arcus
Omne ferit, subigensq; tuis parit ocia terris.
Sylua, solum, pulus, vnda, torus, stabulum, vber, &
Fundet opes tibi, dante Deo, promissaq; retrò imber
Patribus, accumulante. Lupo demum, vndiq; caulas
Tentan-

Tentanti insidijs frustra, dum manè reclusas
Occiso pastore fores irrumpat, ouesq;
Elisas premat; inde super cubet ore cruento
Viscera, venturisq; satur semesa relinquat,
Beniaminem assimilâro: Tribus ita longa viritim
Bis sex desighans natorum in secla meorum.
Nunc vnū superest, vt corpus inane sepulcro, (dar.
Quo Lia, Sara, Rebecca, Abraham, Isaacusq;, recon-
Dixerat: & cum voce suas anima ibat in auras:
Quam, gelidi super ora ruens, suaq; imbribus im-
Et labris alterna premens, exceptit Ioseph. (plens,
Succis inde rigat putres & roribus artus,
Expectent vt triste decus, nèue antè fatiscant,
Dum luctum minuente die longa, vltima dona
In cineres dandi veniam deposceret aulam.

Rege igitur pandente viam, comitesq; suorum
Primores Procerum admittente, equitesq;, rotasq;
Præcipuè Isacidum vulgo duce, flebilis ibat
Pompa: morans dum stare (vbi præpinguis Aradi,
Trans placidas Iordanis aquas, iacet arca) septem
Exequijs ingente dies plangore datura:
Vt nomen daret inde loco immortale colonus.

Et iam finis erat, tumultusq; tegebat auitus
Ossa, ruerentes timida cum mente, vetusta
Offensa ne fortè memor, male facta referret
Digna, vererentur, germano his vocibus instant
Isacida: Pater autè, animam quam redderet astris,
Edidit hæc mandanda suo tibi nomine: Patrem
Si sus est adhibere preces, rogo, contrahe frana

*Vindicta laxanda tuae, & placabilis olim,
Fraternam Fili culpam obliuiscere: Nosq;
Des aliquid patrio, vnanimi ore precamur, amori,
Ac famulis ignosce tuis. Ea verba locuti,
Ad fratris cecidere pedes. At fletibus ille
Ora rigans, timidus animos hoc pignore firmat:*

*Bella Deo quis tuta mouet? Vos fraude petistis
Hoc caput, expedit laqueis fallacibus ille;
Atq; malum meliore bono mutauit, vt istos
Aggrederer, tenebris fama exoneratus, honores,
Et populis dubitata, salus constaret. Asylum
Sic vestrum, fidatis, ero, dum vita manebit.
Qua certè sat longa fuit. Nam vidit vtroq;
Ex nato innumeros, & fratrum stirpe, nepotes,
Annos post tergum centumq; decemq; relinquens.
Queis vbi frigerent effeta in corpore vires,
Extremo sermone suos affatus, & olim
Ad Patribus promissa, Deo aspirante, professus
Arua reducendos, Pharijsq; precatus ab oris
Ossa sua asportanda, animam exhalauit, & artus
Irriguos casia myrrhaq; coërcuit vrna.*

TERTII LIBRI
FINIS.

BIBLI.

BIBLIDOS

Liber quartus.

I. MIRACVLVM.

Iosephi nomine oblitterato, affliguntur Israëlitæ,
coctione inprimis laterum, & structura ciuita-
tum. Magis autem magisq; augetur vt ma-
scu i tollerentur infantes, quanquam promulga-
tur edictum: Deo tamen inuito, minus id habe-
tur ratum, saluatis plurimis, & inter eos Mose
quoq; nato, exposito, mirabiliterq; seruato, & e-
ducato.



*Am longinqua dies nomē delerat Ioseph,
Isacidisq; videns plenam quasi germine
terram*

*Rex alius turgente, suis ait: Aduena, nobis
Ista breui Gens maior erit. Quin ergo propinquis
Exurgat si fortè nouus populator ab oris,
Signa secuturam contraria, nostraq; tandem
Arua relicturam, spolijs regionis ademptis,
Dum licet, attenuamus: Opus laterisq; lutiq;
Non vno stimulante moras & terga flagello,
Trahet, inaudit asq; struat regalibus arces
Delicijs. Sed fessam animam sub mole datura,
Quò grauius magè creuit onus, magè creuit & illa.
Vt Sephora Rex, vtq; Phua, obstetricibus, eger
Inuidia, mandaret, Hebraum anima omne recentis
Faminea, superesse darent; maris omne, necarent.*

Qua

Quæ motæ pietate, Deum reuerente benignum,
Iussa fefellerunt: Legi q̄, videlicet vndas
Spargendos liquidis alios, aut pabula monstros,
Saluandos infantum alios, erat vsus inanis:
Cùm quidam de stirpe Leui, sibi origine iunctam
Duxit; & illa grauis, sobolem edidit, atq; decoram
Occulit. Ter Luna nouos collegerat orbes,
Ac, lactis vagitus egens, non proditor esset
Ipse sui? Suadente licet diuersa, vagaq;
Mente, tamen miseranda parens, ignaraq; fati,
Fiscellam iuncis (angustas glutine rimas
Ac pice constringente) ratem & cunabula paruo,
Detexit, ripaq; inter carecta recondit,
Fortunam expositi procul expectante Sorore.

Ecce per anfractus, comitum stipata cateruis,
Virgo lauaturas Nili descendit ad vndas
Regia: vimineumq; tuens in margine textum,
Flumineas subter biblos, iubet, vna suarum
Allatum maturet. Ibi vagitus aperto
Excidit, atq; alimenta ciens clangore poposcit,
Iamdudum Hebræus Regina creditus, infans:
Ac turba permixta soror, nutricis Hebrææ
Quarendamné rogauit opem? matremq; vocauit
Iussa, suam. Cui Virgo: Mihi mercede fouebis
Hunc, ait, & dedit. Illa datum nutriuit, eiq;
Prolis adoptiuæ, sub nomine Mosi, vt esset
Mersuris eductus aquis, donauit aduultum.

II. MIRACVLVM.

Mosis

Mosis popularibus suis illatam, indignè passus & vltus iniuriam, pœnæ metu it in exilium, fit maritus, fit pater: Pastorq;, ad gentiles, ex seruitute liberandos, & in promissam maioribus terram deducendos, miraculosè diuinitus vocatur, signisq; vocationis eius euidentibus hæsitans & tergiversans, confirmatur.



A Vltorum interea series immensæ laborum
Fregerat Isacidas; nec parcebatur iniquis
Verberibus. Quæ sæpè norans indigna, dolensq;
Amramides, cùm nemo suæ spectator adesset
Vindictæ, inferias casti Pharium addit Hebræi
Manibus; iniecta q; tegit putre corpus arena:
Clàm minùs. Inreptare duos quia fortè si or im
iurgia

Iurgia iactantes, alter reus arguit ausum :
 Quid iudex iniussus, agat? comitem ante perempto
 Senè etiam paret ire? Necem stupefactus apertam,
 Quam tacitam rebatur, & insidiosa tyranni
 Arma timens, trepidante fuga petit ille salutem;
 Ac Madiaë requieuit agris. Cum fortè Sorores
 Septem aderant, pecori tenues inducere riuos :
 Et stagnare cauis iam iamq; canalibus vnda.
 Ecce superueniens pastorum turba, repulsis
 Virginitibus, contendit aquas libare. Sed Exul
 Defensas adaquauit oues : Ietroq; Sacerdos
 Ipse, priùs solito natas ad tecta reuersas
 E pastu, externoq; greges ad pocula ductos,
 Miratus, iubet, vna viro succurreret hospes.

Quàm, Mose, tibi dulce, moræ indulgisse, thoroq;
 Insuper? Vt te prole noua tua Sephora patrem
 Bis faceret. Certè ille suo sat nomine Gersan,
 Externas patuisse vago tibi denotat oras :
 Elizer verò iste, Deo assertore, salutis
 Te portum inuasisse, nefas Pharaone struente.
 Qui, dum tu iactaris, obit : Damnataq; longi
 Gens operis tua, voce polum penetrante, ferendam
 Poscit opem, auditorq; Deo, memori arctius icli
 Fœderis, inter sese, & Abram, Isaacum, atq; Iaco-
 Teq; vocaturo mirandū ad agenda ministrum. (bñ;
 Deserti interiora, iugis quâ stantibus Ore
 Mons cæli ferit astra sacer, penetrarat; ouesq;
 Vallibus errantes huc obseruabat & illuc;
 Ecce (fides adoperta) rubis innoxius ardor

Eful-

Efulgere; nouaq; rei terrore stupentem
 Iam propè, proturbare sonus, medio igne locutus :
 Staret, eum sacrum esse locum, pedibusq; cothurnos
 Detraheret, se Numen Abraë, Isaaciq;, Iacobiq; :
 Et simul obnubente caput demissius illo,
 Addere : Dudum aspecta sua sibi vincula gentis;
 Et lamenta audita polo, labor exprimat æquo
 Afflictis quæ maior, eam venisse redemptum
 Seruitijs, & ad arua, ferax aret vberè plena
 Quæ lactis, quæ mellis, Iëbusæus, Hethæus,
 Heuæus, Cananæus, Amorrhæusq;, reductum.
 Iret, & exequeretur ouans præcepta. Sed irem,
 Excipit ille, & dicta duci ferrem ista? Sed ibis
 Mando. tuum restiturus opus Deus omne: notamq;
 Officij ne quære aliam, mihi montis in ara
 Istius, educto populo, bouis exta daturus.
 Ibo, ibo, subit ipse, meis dicturus : Amici,
 Me mittit patrum ille Deus, Deus ille: Quid vltra?
 Et nomen fortasse tuum si poscar? Id esse,
 Sum, qui sum, dic, inquit, & est qui, mittor eidem,
 Mittor Abraë generisq; Deo : Hoc mihi nomen in æ-
 Hac eadem, nutu arua meo ad rata gētis itura (uū.
 Et ductu ingeminare tuo Senioribus, hacq;
 Regi eadem, veniamq; trium tentare dierum
 Ne dubita, deserta, datum mihi sacra, petendi.
 Nec refert, obstante mora. Cælestibus omnem
 Prodigijs implebo Pharon. Sic ire potestas,
 Sera quidem, permissa tamen, nec inanibus : Vltra,
 Me faciles flectente animos, poscentibus vsu

Adjici-

Adijciat bona civis opes, cultusq; , rapinas
 Et spolia asportanda sui. Vero ore locutum
 Te mihi, ne dubitanda fides, ait ille, tremisco.
 Non est, quod vereare: Pedum, quid ferret? habenti
 Scitatus, iactaret humi, Deus inquit: Et illud
 Proiectum, ac versum angue, manu cum iussus ad-
 Vltima prensaret cauda, baculumq; teneret (unca
 Iam verum, fidei signum dedit. Hocq; secundum,
 Infereret dextram sinui. Nivis instar habebat
 Inserta & leprosa manus. Retracta vicissim
 Atq; exerta, sui similis fuit illa. Duobus
 His aliud subiunxit: Aquas è flumine vivo
 Hauriret, sparsurus humum fœdante cruore.

Caussari contra ipse rudis dispendia linguæ
 Friuola: quòd sensus homini abnueret tunc daret tunc
 Ipse equidem Deus, ipse loqui rudia ora figurans:
 Nec dum alacri ad mandata, alium & quemcunq;
 roganti

(vita,

Mittendum, æquo haud corde fremens, Aarone Le-
 Fratrem suo, frueretur, & oratore disertio;
 Confususq; potente suæ spiramine virgæ
 Ipse ageret modò iussa, sibi fore cætera cura.

III. MIRACVLVM.

Officio satisfactorius Moses, valedicit socero; suosq;
 asportans, tendit in Aegyptum. Cui frater occur-
 rit: Communicatisq; consilijs, ambo Dei vo-
 luntatem Israël primùm, deinde Regi annuncian-
 ant. Huic verò afflictis afflictionem addenti, signa

edunt

edunt iussi, virga in draconem, & aqua fluminis in
 sanguinem, versa.

Sic factus, secreta, suam sedem, astra petiuit;
 SAC Socerum novus ille suum Legatus: Amicos
 Quæ tumida per regna Phari fortuna fatiget,
 Usuro mihi, pande viam. Et pandente, ducemq;
 Presentem exoptante Deum; Deus: Ito, quòd omnes
 Mors tulerit, quicumq; tuam voluere, suasit.
 Quare asino vectante, trahit cum prole maritã,
 Artifici fretus radio, iussusq; vicissim,
 Difficili data signa sibi, Pharaonis in aula
 Edere, suspensuri abutum surda aure, petitum
 Primigena, ad sua sacra, Dei, non absq; periculo
 Primigenam iam vrgente suum; nisi Sephora nati
 Ocyus arrepta præputia caute putasset,
 Quæstæ, cruentatum ex rigido sibi vulnere Sponsum.
 Iamq; vie propius medio, fratri obuia Sacrum
 Ad Montem, monitu ecce Dei, tulit oscula frater:
 Ac perpendentes signis diuina futuris
 Iussa, pedem simul ambo ferunt, patribusq; vocatis
 Illa probant populoq;: sui credentibus æquo
 Aerumnæ, curam esse Deo, & tendentibus vlnas.
 Ergo salutato regi, penetrantibus aule,
 Expediunt mandata Dei; in deserta locorum
 Egressus ad sacra sua daret hospita genti:
 Ac, quinam ferretur? eum se scire, suiq;
 Iam iuris populum, quòcunq; exire, neganti,
 Isacidum in loca sola Deus iubet ire, triumq;
 Dona fociis libanda sibi instaurare dierum,

G

Sub-

Subiiciant, ne fortè luem, neu bella tremiscant.

Ipsc iterum: Cum Mosè Aaron, vt cerno, laborum
Impatiens pridem, renocatus ad ocia vulgus.

Quos ego. Si ceruice gemens id creuit onusta,
Creturum dubitemus, iners? Agite, ite ministri,
Ignauis, ideoq; dies rogitantibus vltro
Sacrificos, duplicetur opus laterum. Ilicet illud
Maius erat, quà terra patet, solito: atq; perustis
Ad mortem loro, ora, pedes, lumbiq; rubebant,
Non querula sine voce, sibi cessare daretur,
Exhaustas animas nimio sudore daturis.

Sapè etiam indignante sui conuicia Mose
Aspera, mittentemq; Deum culpante, quod ipse
Durius afflicto populo foret additus autor:
Qui dictis cohibere metus, & demere curas.

Me Pharaò cogente, meos emittet, Abrahe,
Isaaci, Isacidaq; Deo, omnipotente, meumq;
Nomen Adonai reticente hucusq; nec illis
Iurati, exulibus Chanae hospita rura daturum,
Fœderis immemori. Dudum lamenta gementum
Dic audita mihi. Dic me, cui mira p. testas,
Vos educendi Pharijs, scitote, catastis,
Hocq; ingo, ad promissa diu iam Patribus arua.

Sed, video, minùs ista, graui sub pondere fessus,
Dicta mouët: Pharaoni igitur prohibe, obstat iturus:
Ille refert: Prohibebo? priùs despectus, & infans.
Tecum Aaron mandata feret Deus addit, vtrisque.
At, me multiplicante licet, regis omnia, ferrum
Duricia superanti adamantaq;, signa peribunt:

Dum

Dum valida Aegyptum, Deus agnoscendus, opù vi
Impulero; gentemq; meam, Israëlitis alumnos,
Erueo. Tum lustra decem minor ille bis implens,
Nec numerans breuiora, tribus cum messibus, iste,
Amramida, praecepta gerunt. Et rege petente
Signa, Aaron proiecit humi Virgam: Illaq; longam
Extendit sese, Serpens inopinus, in aluum:
Et colubros bacula inde vagos, Stygia arte magorù
Cantatos, immani inbians absorpsit hiatu;
Cor Pharaone gerente suis non mitius hydrys:
Ut Moses, aurora Dei cum prima faueret
Imperijs, insigne suum complexus, ad vndas
In Nili ripis contra cras stare, & istis
Vocibus, incassum licet, aggredere turum.

Missus Hebraorum adsto Deo, legatus, vt omnem
Dimittas ad sacra suum, in deserta, volenti.
Si fugis, experire potens super omnia numen.
Nam Ferula, quã crisso, rubens aqua fluminis icta
Sanguis erit, stomachoq; nocens, & putida, pisces
Eijcet. Lituum altus aquis intenderat Aron
Vix bene; remq; secuta fides. Cruor omne fluentum,
Omne vadù, stagnù omne, latex demum omnis in vr-
Summa putri passim emergente p. aquora pisce. (nis,
Ars etiam simulauit idem secreta magorum;
Vt terra effossos sitiens plebs lamberet haustus,
Rex & ad interiora furens sese abderet aula.

IIII. MIRACVLVM.

Neganti Israëlitis sacrificandi facultatem Pharaoni, Mo-

ni, Moses nouum pœnæ minatur genus, elicit
ranarum; nec huic moto, pediculorum incredi-
bili multitudine. Miraculo quidem satis stupen-
do; sine profectu tamen: Dum muscas quoq; e-
xitiales immenso numero producit, tollitq;.



Septem ierant exinde dies, ipsiq; latenti
Per Mosen mandare Deus rursus: Effet eundi
Fas populo ad pia sacra suo tandem. Ecce loquaci
Ore coaxantes, ranas loca cuncta rebellis
Tecturas. Nondum dederat finem ore loquendi,
Et, Pharijs Aarone manum intendente fluentis,
Ranarum erupere greges, ac tecta domorum
Irrepsere, focos, penetralia, strata, catinos: (res,
Quamquam etiam, arcanū & eborū ambage canen-
Finxe-

Finxerunt simulacra Magi. Tum Signifer aula
Exclamans: Meliora, Aaron, Moseq;, monete
Numen, & vt gens eius eat, lue liberer ista.
Et cras hoc. Ita fiet, vti petis arbiter, aiunt,
Vt similem non esse Dei erudiare iubentis.
Dictaq; non carere fide, partim antra relapsis
In sua, corruptis partim putredine ranis,
Non autem Pharaone animi ponente tumores.

Ergo, Deo monitus, durum maiore Sacerdos
Prodigio terrebat: Humo perneciter iccta,
In cinphes glomeratus ijt caligine puluis,
Omni homini pecoriq; graues: imitabile nulli
Ostentum, digitumq; Dei clamantibus illis:
Regnatore suo tamen indulgente furori.

Nox erat, & victum somno, curisq; diurnis,
Vox Mosen manifesta Dei simul impulit: alium
Lucifero retegente diem, demissa leuaret
Membra thoro, regi; gradum conferret, ad vndas
Egresso; hæc mandata ferens: Libamina iussi
Dent flammis, patiare, mei. Renuentis, in vrbes
Ruraq;, muscarum genus omne coibit, opimas
Quod lambens sædo ore dapes, tua mordicus, instar
Crabronum, quod in ora volans, quod in ora tuo-
Arcueris frustra stellata verberere cauda. (rum,
Sola erit hoc exempta, mihi gratissima Gessen (tem.
Terra, malo, hic me & vbiq; Deū ostensura poten-
Aut dubitas? En dicta rehet miracula Titan
Crastinus. Et veserata dies, ceu turbine nimbibus
Intorto niger, aut glaciante cadentibus Hædis

Sylvarum stragem & segetum grando horridus,
Præcipitat, diffudit agros examen in omnes (Arcto
Muscarum exitiale. Tremens quando : Ite, duobus
Rex ait, & iam thura Deo date debita vestro.
Sed date, nec regione pedem quocunq; mouete.

At Moses: Haud tuta iubes. Etenim ex ta Canopus
Si spectet spirare tuus, sua numina, flammis,
Nostro odiosa Deo, lapidum obrueremur aceruis,
Maclantes ea fortè. Trium deserta dierum
Aua perpetiariæ viam ingrediamur, in aras
Munera gramincas, toties mandata, ferendi.
Perte igitur, rex inquit, ad exteriora, Deumq;
Qui tandem Deus ille, mihi exorate benignum.
Augur ad hæc. Sociabo tuis mea postmodò votis;
Quicquid & insecti, cras omne redibit in auras:
Sic, populo ne deinde, reo voti, amplius obstes.
Atq; preces valuerè quidem : Sed fallere doctus,
Spemq; mora tardante trahens, obduruit ille.

V. MIRACVLVM.

Pertinaci magis magisq; Regi, noua non modò de-
nunciatur, sed probatur calamitas, hominum vi-
delicet, pecudumq; pestilentia, saluis interim He-
bræis. Hac quoq; actum agente, pustularum pru-
ritu inuitatarum exulcerantur corpora. Sed &
his inanibus, tempestas prædicatur, & ingruit, re-
bus omnibus exitiosa licet, duriciam tamen re-
giam minimè molliens.

Tentamenta Creator ob hoc noua pangere: Mo-
I celerans, iteraq; truci responsa tyranno. (se,
Mandat



Mandat Hebraorum ista Deus : Mea cessite nudo
Gens, te non prohibente, litet ; ne labe vetantis
Hic illie quoscunq; greges iumenta q; , dextram
Me validam exertante, nec attingente meorum
Vel minimum , trahat atra lues ; cras illa timenda.

Iamq; die redeunte, poli languore maligni
Tempestas exorta , repens incanduit astu,
Insciensq; nocente lacus & pocula rabo,
Omne dedit letho pecudum genus, omne ferarum.
In venas serpente malo, vis prima bidentes
Tangit : inutilibus vituli moriuntur in herbis :
Inualidæ reddunt animam ad multralia vacca :
Funestos sibi questus agros gemitu, atq; cruorem
Ore vomens spumante, cadit sub vomere taurus :

Dat vitam sub fasce asinus, sub mole camelus:
 Fontis ad exanimatus equus collabitur vndas:
 Expirat rabiosa dapes canis inter heriles:
 Tussis anhelantem arcta suem praefocat adefis
 Faucibus, et sub nube volans animam agra relinqt.

Utq; pari cuncta ense metens, hinc inde vagetur,
 Armento pecoriq; tamen mors parcat Hebraeo.
 Et tanta incassum Pharao explorauerat acta:
 Quod silices in corde gerens, caelestibus aures
 Vocibus, Isacidisq; vias praeccluderet omnes.
 Ut portenta Deo visum cumulare: Camini
 Augur vtraq; manu cinerem, spectante tyranno,
 Signa noui miranda mali, iactaret ad auras.

Paruerat tantum ille, nouo cum corpora morbo
 Squalere, & scabies vomiciis ficsa, mariscis,
 Ulceribusq; cutem perarare, trahentibus ipsis
 Mosen ante Magis etiam genua agra dolore.

Nec satis hoc, mollire feri praecordia regis.
 Ventorum, nemus vna, minas aut ardua quercus,
 Aut lateri fluctus cautes Marpesia quantum
 Incassos: tantum iste Dei miracula curat.

Tunc vrgens sua fata sator rerum, increpat vl-
 Mose age, lux data vt alma, tuo te limine pfer, (trò:
 Ac durum his affare ducem: Mandata tremendum
 Numen Hebraorum illa nouat. Da tempora plebi
 Pauca mea, instaurare queat, quem debet, honorem.
 Ni dederis, poenae omne genus tibi digero vindex
 Exemplo, vel in Orbe, mea tot gentibus ira.
 Aut nondum post damna, sapis? Sed mentis egere,
 Dulce

Dulce tibi. Nunc ergo mei dilutus amore
 Percellit quemcunq; timor, moneo, omnibus agris
 Excurrat, vitaq; domos irrumpat, asylum.
 Tum, si quod super, alta pecus stabula hereat intra.
 Namq; Phari, inuolunte diem me nubibus atris,
 Tempestas, hac quanta tenus non seuijt agris,
 Sauiet, oppressura graui caeli omne ruina.
 Cras, Mose, super astra leua radium. Ecce, leuante,
 Ventorum sibi quisq; rapit caelum, humidus aer
 Cogitur in nubem, tenebras intermicat ignis
 Creber, ab axe sonante vagus tonitru exilit horror,
 Concussioq; ruunt densata pericula mundo.
 Non flos, non arbor, non germina, flecta colonis
 Vota suis non sola cadunt sata, grandine mixto
 Ignibus; at tritico illaeso, cui messis in herba,
 Et farre: occubere homines iumenta q; passim,
 Sole suo Israëlis humum lustrante valentis.

Motus ea rex clade minus, simulansq; pauorem:
 In vetitum magè nitor, ait, tam deuus equi.
 O Mose, Deus oro, tua prece suppressat iram,
 Quam mereor; tenebrisq; procul, iam fulgeat aether
 Purior, vt quocunq; vocant te fata, sequaris.
 Cui vates: Quae sit pietas tua, quaeq; tuorum,
 Agnosco. Me tristis hyems absente recedet.
 Cesserat, extollente manus, frustra q; priores
 Ad mores redeuntis eo exorante salutem.

VI. MIRACVLVM.

Antecedentibus tyranno friuolis, deprecantibus et-
 iam au-

iam aula familiaribus, duplicantur nequicquam miracula. Hoc locustarum enormium, terra que natis maximè nocentium. Illud tenebrarum, planè tridudò palpabilium: Sole interea suum Iudæis præstante officium; Ac Rege iam itionem ad sacra indulgente, iam vicissim, non sine minis, denegante.



Tum Mosen, extrema mouēs, Deus occupat or-
 Vena aded silich rignere in pectore regis, (sis:
 Me solidante, tremenda tuis ab origine narres
 Longius vt reperens hæc signa nepotibus olim:
 Vosq; fidem rebus non astrueretis inanem,
 Me Zebaoth fassi esse Deum. Nunc adde superbo:
 Eludis quonam vsq; meos? quonam vsq; moraris
 Religionis opus? quauis incertior aura.

Dum

Dum te, nequicquam glaber anguis, in omnia vertis,
 Ecce, locustarum, genus exitiale, nec atas (tim
 Quale tulit veterum vlla prior, quantumq; , grega-
 Vis agris illapsa tuis, teget omne, quod vsquam est.
 Hæc, celeri conuersa fuga da terga, minatus.

Totam audita repente rous terroribus aulam
 Implebre. Ideoq; timens sibi quisq; , tyranni
 Circumstare latus, lacrymisq; rogare profusus;
 Ne fatis pugnare furens, neu vertere secum
 Cuncta parec. Satis vna sibi conspelta superq;
 Excidia Aegypti misera, portentaq; : Gentis
 Reliquias nunc penè, velit se ducere vitam;
 Et genus inuisum, seruumq; , ad sacra libenter
 Ignoti quacung; Dei dimittat. Et ambo
 Mox adierant fratrum : missiq; , vocantibus intrò
 Ut primùm fuit ire viam quamcung; potestas,
 Sed non aqua tamen : Proceres, matresq; , patresq;
 Cum sobole, armentis, gregibus, famulisq; , vocamur
 Ad festum solenne Deo, dixere. Quis omnes
 Vt mittam, Rex toruus ait, mibi suaferit autor?
 Qui video, quos arte dolos, quæ furta struatis
 Hoc abitu. Date vela retrò date, quodq; , petistis,
 Ite viri. Quid, fide mibi, cunctaris Achilla,
 Tuq; , Photine, procul tellis arcere molestos?
 Et Mosen acuens, tu quando, dolore repulsæ,
 Intendes, oblite, manum, Deus inquit, Olympo?
 Prodigium cur cessat? Eo tendente, per auras
 Ocyus incumbens vredine ventus, & alitè
 Flatibus horrescens noctemq; , diemq; , locustas

Subie-

Subiectis infudit agris. Non agmine tanto
 Et laqueis autumnus aues infernit, & escis:
 Non bello tot tela volant: non nubila caelo,
 Non imbres, non grandio cadunt: non flumina ru-
 Obiicibus, per plana ruunt, aut montibus altis (pria
 Præcipites Aquilone niues. Fruticansq; virensq;
 Quicquid erat reliqui (dolor heu) ex grandinis ira
 Illius, arrosudum omne perit, sua brachia tonsas
 Caulibus arboribusq; comas trunca vndiq; nudis.

Hic Pharaeo tremefactus: Eo securus in omne,
 Cum reuocasset vtrunq;, nefas; vobisq;, Deoq;
 Pugno, nocens. Nunc ergo, pudet quia criminis, omnis
 Hanc veniam, precibusq; meis & munere vestro,
 Accipiam, meritoq; meo sit parcior ira.
 Dixerat. Et fuit illa quidem: quod turbine raptim
 Stridula contorto glomerans quasi nubila, *Caurus*
 Insecti genus omne, *caurus* mox fluctibus omen
 Sorbendæ gentis, rubrum deuexit in æquor.
 Sed minimè ponebat (ea est mens leua) tyrannus
 Duriciem. Cælo palmam cum iussus *Aruspex*
 Obiectare, diem & subitæ eripere tenebra
 Ex oculis, terrasq; nigro nox condit amictu.

Oceani ter mersus aquis, ter & ortus iisdem,
 Aegypto, cum nemo alium intueretur, & vno
 Hareret (res mira) loco, nec tactile quicquam
 Prensaret, piceam præter caliginis vmbra,
 Auersos Sol egit equos, sed multus Hebræis
 Splenduit. Ut Pharaeo iam mitior: Ite, vocatis
 Instaret, quod sacra dies vocat, ite; legantq;

Seruan-

Seruantibus non æqua patrum vestigia nati.
 In stabulis tamen esto pecus. Grex pergat vterq;,
 Sacrorum cultusq; pius, ait *Augur*, in vsus,
 Sciturus, qua danda loco sit victima tacto.
 Rex contra, indurante Deo: Non ibitis vsquam.
 Tu saltem hinc, quocumq;, fuge importune, meumq;
 Non nisi fortè necis conspectum exposce furore.
 Cui *Moses*: Ita fiet, ait. *Victurus*, & vnquam
 Haud oculis ego deinde tuis reddendus, abibo:
 Dum te fata, scias, grauiora prioribus vrgent.

VII. MIRACVLVM.

Extremum Deus auxilium, in frangenda Regis du-
 ricie, experturus, nouam Mensum rationem tra-
 dit, & Pascha certis ritibus celebrandum, insti-
 tuit: Suis quoq; primogenita Aegypti percuf-
 surus, periculum declinatoris, mandat singularia.
 Rege tandem inflexo, vulgoq; Israëlitis abituris,
 suas gazas haud grauatim commodante.

TV verò, adiciens stimulos: Deus increpat: Ec-
 TO *Mose*, madata mea expugnaris agèdo? (quid,
 Firma animum: Super vnus adhuc modus, atq; te-
 E rabie tandem ducis aspera corda resident, (naci
 Et fauor ambiguus certos extrudet eundi:
 Antè tamen peragenda tibi, me disce docente.

Ifacidis hæc dicta refer: Nunc ordine primum
 Seclorum nascente nouo, noua nomina *Fastus*
 Venturia dabit iste dies, & tempora ducet.
 Lucifer hinc decimus radijs vbi strinxerit *Hamum*,
 Quisq; sua cum stirpe domus herus, eligat agnum,
 Anni-



Anniculum, sine labe matrem turpante; minorq;
 Hunc omnem absumsi; sibi vicina colentem
 Ad socias, mea festa, dapes vocet. Aequus & hardi
 Quatriduo post ritus erit, iam Sole litandi
 Occiduo, per quasq; domos. Cum postus vterq;
 Limen & impendens, illius cade rubebunt,
 Inde nihil crudum, coctumque, sed ignibus assum
 Nocte vora, caput, exta, pedes: Liba azyma, et horti
 Lactucam salsam adde. Caue, quid manè supersit.
 In cineres sine flamma cremans analesta resoluat.

Mos autem sacri huius, erit: Super ilia cinctu
 Collecti tunicas, & mollia crura cothurnis
 Euincti, leuamq; vis quasi cuspide nixi,
 Stabitis, atq; cibos auide mittetis in alium.

Phase

Phase etenim Domini est, seu transitus. Ibo per omnē
 Quippe Pharon nocte asper ea, feriamq; , ferenti
 Prima fuit quodcunq; homini, pecudiq; , feraq;
 Sarcina , prima adeo solio exorsurus ab aula,
 Inq; mola famula deseuiturus inertis.

Numen ego, indigena diuersum à plebe deorum.
 Dum vestras cruor ille fores signabit asylum,
 Securos soluente canes hominesq; quiete,
 At Pharias plangore domos luctuq; replente,
 Quem nescit prior vlla, sequens nec nouerit atas.
 Ut pateat , quod vtramq; habeam haud vno ordine
 Isq; dies solennis erit, cultuq; perenni (gentem.
 Ibit, & auspicij percellet honore nepotes.

Nec minor extiterit, qui septem deinde sequuntur,
 Relligio: Omne quiescet opus: Procul omne per ades
 Fermentum; quo quisq; fruens, siue incola, siue
 Exterus, irrumpet futis nolentibus umbras:
 Azyma panis erunt. Et tunc, me praeside, cætus
 Quantus es, hinc ibis, nullo post terga tuorum.

Ediderat. Dictumq; dicm iam aurora vehebat.
 Cum vates mandata suis exponit: Euntes,
 Quisq; sua per iura domus, velociter agnum
 Cedite molliculum, sacri sub nomine Phase:
 Ac iugulis fusim manante cruore, manipulum
 Imbuite byssopi, crudaq; aspergine limen
 Supremum, & geminos guttatim tangite postes.
 Tum clausis intus cunctetur in edibus omnis,
 Dum Phæbo cessura locum dent astra reducto;
 Ut parcat vobis, spectans ea signa, peremptor.

Hicq;

Hicq; dies genialis, & ad promissa reuersis
 Arua, lares certos, memor obseruandus in auum;
 Assidueq; tua soboli, quanam ista roganti
 Religio inculcandus id, haud sine nomine facti.
 Iam dudum dicentis, habens vim fulminis, omnes
 Attonitos vox strarat humi, perfecta q; iussa
 Vix bene: subtexente polum medio ecce silentem
 Noctis inexplicite, circum vndiq; vindicis ira
 Aetherei patuere graues, à limine regis
 Inde, domos clam clade mali grassantis in omnes.

Vt segetum quondam percussi grandine culmi:
 Ut populi, spargente necem lue, siue sagittis
 Missilibus, pugnaq; iacent discrimine strati:
 Primi ita quiq; hominum fetus, pecudūq; minores
 Hinc alij, inde alij maiores, flebile visu,
 Morte per ignaros artus errante, cadebant.

Non gliscente diu cladis rumore recentis,
 Vrbs omnis vultum, omnis ager miserabilis vnum
 Induit: excussus somni terrore, cadauer
 Quisq; suum, dum querit, habet. Pater anxius illic
 Indigno plangore breues nati ingemit annos:
 Hic genitrix laniata comas, instrataq; cunis
 Desuper, exanimi frustra parat vbera proli:
 Fratrem alibi flet mæsta soror, fraterq; sororem.
 Quò videas, lamenta sonant: tum regia mugit
 Inprimis, Pharaone sibi lugente secundum.

Isq; malo iam fractus, adhuc humentibus astris,
 Edicit: Gens omnis eat nunc deniq;, secum
 Omne trahens ad sacra pecus; modò debita fiant

Vota

Vota sibi: impellente simul (res publica) vulgo
 Cessantes, & fortè necem metuente, suiq;
 (Vt fatis manifesta fides) argentea vasa
 Aureaq;, & cultus, certam adijciente rapinam.

VIII. MIRACVLVM.

Accidit fuga Israëlitis, & farinam absq; fermento
 effertibus, iterat Deus Ceremonias edendi a-
 gni Paschalis, obseruandas ritu perpetuo, atq; in-
 culcandas posteris. Primogenita item sibi vendi-
 cat. Et demum egressos non directe, sed certis de
 causis per diuerticula, nubis & ignis columna
 præuius, mirabiliter ducit.

Quis gemitus, lacrymasq; canat, quis funera
 Illius? qua mira fuit, iuga tristia gente (noctis
 Isacidum, Pharaonis opes spolia ampla, suumq;
 Fermenti fer omnis egens, ceruice ferentum,
 Et, pulti quòd nulla quies data, deinde coquentum,
 Cùm cinis exiguus panes vicumq; foueret
 Suppositos, linquente Pharon: gressusq; regente,
 Et celebrem mandante Deo per secula famam,
 Hunc quoq; sacrorum morem tradente tenendum:

Iste dies tibi festus erit, quem mense nouarum
 Hoc frugum, vorante quater deciesq; quotannis
 Titanis vehet axe. Domo celebretur in omni
 Thase meum: De carne foras nihil effer: & eius
 Os nullum confringe: Ceres sis sola canistris
 Azyma clamq; palamq;: Dapum conuiuia vocetur
 Duntaxat recutitus: Heri quoq; ferre suetus
 Imperia, acceptaq; operis mercede laborans,

H

Atq;

Atq; tenendarum patiens quicumq; viarum,
 Mense taetus amore tua, præputia ponat
 Antè, mari cum stirpe: Eadem lex esto colono
 Et ciui. Mea sola quies sit septima. Vescens,
 Præcipue, quæ torrentes liquente beata
 Melle rigant & lacte, redux fatalibus aruis,
 Progeniem memor ista mone: Solemnia tanta,
 Hasq; dapes, de more, superstitione nec vlla,
 Instruimus, meritosq; Deo renouamus honores;
 Nō nobis modò, ad arua manu hac antiqua reductis
 Vindice, sed monimenta tibi immortalia, cultu
 Perpete diuina legis præcepta sequendi.

Mas, hominum pecudumq; facit quicumq; parentē
 Primus, erit sacer ille mihi, nunc prorsus, & olim.
 Fætum asini mutabis oui, vel morte necabis:
 Ere tuum redimes. Soboli, quæ caussa & roganti
 Hanc referes: Pharaone preces spernente, nec agris
 Nos cupidos patiente suis excedere, primum
 Omne cadens de matre, Deus de nocte ceoidit.
 Hinc ea relligio, seros ad amanda minores.

Hæc Sator: Emissosq; suos, per rura, Philista
 Quæ duri vicina colunt, traxisse pepercit;
 Ne contra sese consurgere bella videndo,
 Mutati conuersa retrò vestigia ferrent:
 Per deserta, situ clausuris quæ proxima rubra
 Tethyos, ignotis anfractibus ire, probauit.

Annos ter denos, & secula quattuor, hospes
 Aegypti, Gens exuperans numero astra, virorum
 Millia sexcentena serè peditum, agmine dempto

Fami-

Faminei, impubisq; gregis, vulgiq; profani,
 Et pecoris longè maioris, itemq; minoris,
 Liquerat adificata suo sudore Rameffes
 Mænia; turmatimq; Socoth ferrata petebat,
 Atq; loco, qui dictus Ethan, sua castra tenebat
 In deserti aditu. Sed & assertoris Ioseph,
 Qui moriens, sibi iure suos obstrinxerat, olim
 Inde, Deo reuocante domum, legerentur ituris
 Illicet illa, memor Moses secum abstulit ossa.
 Dux verò Deus ipse vias, in imagine nubis
 Caruleæ, dum Phœbus equis vagus æthera carpsit
 Purpureis: dum lauit eos declinor vndis
 Oceani, tercis signabat limite flamma.

I X. MIRACVLVM.

Populus, quam vix rationem instituat, eruditur; &
 ne vel regem, à tergo ingruentem cum equitatu
 & apparatu bellico, in angustijs trepidans expa-
 uelcat, erigitur iterum atq; iterum; muroi umq;
 in modum aquis stantibus, per mare rubrum, ho-
 stibus interim ad vnum omnibus submersis, du-
 citur, Deo non ingratus.

Nec populo minùs ista dabat mādāta: Profecti,
 Ne Phabiroth regione, sitæ mare versus, et inter
 Magdalon excelsam, oppositaq; Eeelzephon, artibus
 Castra tenete locis: Et rex ratus vndiq; circum
 Implicitos, scelerum ingenium indurante resumet
 Me vetus; exercensq; odium crudele, laceffet
 Terga. Sed obdurate, meis ego viribus vtar,

H 2

Et fa-



Et faciles cobibebo minas, Aegyptos vt vnum
Me cælo terraq; sciat punita potentem.

Paruerant modò: Fama vigil cùm terruit aures
Illius, eripuisse fugam Israëlis alumnos.
Exemplò fas omne nocens abrumpit Erinys,
Et totis turbatur agris, effrenaq; dirum
Plebs fremit: Heu, qua laua fuit mens, credere genti
Ambigua, & potius veniam indulgere, petendi
Denia, prætextu sub religionis inani,
Quàm pridem assuetos residere cumulare labores.

Regia præcipuè subito vesana tumultu
Concutitur, curruq; volans ciet arma frementes
Arma suos rex datq; cauo signum ore tremendum,
Tisiphones rabida iustar habens, hortator Euipeus,

E si ecu-

E specula: Nili vnde vadis exterritus annis,
Occuluit caput, atq; poli secreta remoti
Pabula, Phœbeasq; bibit patulo ore pruinas.
Exciti clangore ruunt, & cuiq; reportum
Rimanti telum ira facit. Teretem ille dolonem,
Armorum genus, ancipitem rapit ille bipennem:
Stipitis hic grauidi nodos, hic torris obuisti:
Pila alij, fundas alij, gladiosq; minaces.
Pars campis hinc ire parat pedes; inde fatigat
Pars dociles cataphraetus equos: Armataq; currus,
Quos hyugos Aegyptus habet, simul vrbibus effert.
Non stimulos adhibere duces opus: Aequor apertum
Sponte sua sibi quisq; rapit, sibi fraude dolosa
Surreptas conquestus opes, & amore cruoris
Fundendi flammatus. Ii molimine magno
Egressi, quam fors dederat, tellure sedebant
Ad mare: sublatisq; oculis, discrimina rerum
Cernentes manifesta, fugæ cùm nulla potestas,
Antè fretis, vtrinq; iugis, post hoste neganto,
Diriguere metu, tensisq; ad sydera palmis,
Cum precibus lacrymisq; Deum meliora rogârunt.
His etiam Mosen incusauere querelis:

Aegypti fortasse minùs suffecit arena
In tumulos, vt in ista (malum) cultoris egena,
Et sterili loca senta situ, moreremur abacti.
Nosq; dies memori vna simul subduceret auro.
Præstiterat, mansisse, iugumq; tulisse ferendum,
Et, fatum sequerere tuum, nobisq; molestus
Desineres, contempta Notia tu dicta dedisti?

H 3

ipse

Ipsē tegens hilari conuicia fronte : Silentes,
 Deposito spectate metu miracula, dixit,
 Cælo hodiè explorata. Etenim defensor, in hostes,
 Non ulli vestrum, exanimis nisi, deinde videndos,
 Pro vobis, alia arma Deus feret ipse, quietis.

Qui compellabat dicentem vocibus istis :

Quid, Mose, sine fine mecum obtestaris honorem ?
 Castra, iube moueat populus : Tu tende bacillum
 More tuo, super æquor ; aquis vtringq; diremptis,
 Ut sicco per stagna pedi sit peruius vsus.
 Ast ego Niliacis turmis malè numen amicum,
 Confusam eripiam mentem, cedentia terga
 Ausuria clamore sequi, mediæq; procellæ
 Fluctibus obieciare caput, mihi clarior vnde
 Surget honos. Non antè equites peditesq; tot vnda
 Hauserit armatos complexa, nec hauriet vnquam.

Nec mora, qui trepidos dux anteuolabat Hebræ-
 Angelus à tergo superastitit ; ipsaq; nubes, (os,
 Discludens vtramq; aciem, res mira, per vmbra
 Auerfis radiabat : inops sed lucis, opacas
 Aduersis tota densabat nocte tenebras,
 Ut stantes vtriq; , sua se lege tenerent.
 Dum Moses erectus, atrox intenderet altè
 Gestamen, Boreaq; maris per aperta volante
 Flatibus in noctem horrifonis, ac sorpta profundi
 Ima vadi verrente, Deus diffunderet æquor.

Ceu quondam Assyriæ turris, quam fortè secundū
 Diluuium, exitiumq; timens miserabile mundi,
 Posteritas insana Noha, & spargenda per orbem,

Condi-

Condidit, aërias assurrexere per auras
 Hinc atq; hinc latera alta : Duo vel saxa, fragore
 Succussi diuisa soli, quæ naufraga longè
 Agnouere rates misera, latrantibus extant
 Fluctibus, in cælumq; iugo bipatente minantur :
 Sic dextra læuaq; stetit præruptus aqua mons.
 Irrupere pares, vt non bonus augur in artibus,
 Suasit cuiq; timor, quæ longo tramite fluctus
 Inter, hians dabat vnda viam : Patefacta solutis
 Carceribus signoq; dato certaminis, acres
 Præcipitantur in arua velut, victricis honores
 Ad palma properanter equi: Numeroq; prementes
 Sese ipsi impedière. Sequens quos insuper hostis,
 Quantus erat, reddente diem Titane, profundi
 Intrarat deuexa ; verens tamen, auspice suctam
 Isacidis ne numen opem præstaret olympo ;
 Et patuisse sibi visus telluris hiatus,
 Iam retrò cessurus erat : Sed ab æthere dudum
 Prospiciens sua castra, Deus donata saluti,
 Per bifidas traduxit aquas ; inimicæq; contra
 Effugio exclusurus, ait : Super æquora Moses
 Porrigeret reditura manum. Porregerat ille
 Nondum etiam, cum Tethys, aqua collecta rigentes
 In tumulos quæ stabat adhuc, properè omnis ab alto
 Frægitur, occursansq; Pharon gremio haurit auaro.
 Ventorum veluti concepto terra laborans
 Flamme, conclusumq; sinu ciecatura furorem,
 Seu putri resoluta solo, seu pondere cæli
 Incumbente grauata, dic vel adesa terente,

H 4

Aul

Aut aliò inclinante suos, per operta, meatus
 Neptuno, Strygionie soli rectore recussi
 Fundamenta mouente, chaos laxatur in altum,
 Et totas amplexa vorat cum ciuibus vrbes.

Tela, viri, galea, clypei, sagula, arma, pharetra,
 Qua drupedes, & plaustra natant passim. Ipse verem-
 Rex frustra cingente caput diademate, lassat (dum
 Brachia succiduasq; rotas, periturus iisdem,
 Hebraeos quondam pueros queis merserat, vndis.
 Nec capit, en penas, allapsa cadauera litus:
 Presentem metuente Deum nunc deniq; turba
 Ifacidum, Mosenq; operum admirante ministrum,
 Et tollente animos ad sydera cantibus istis:

Per laudes eo grata Dei: Cui gloria gestis
 Attollit se rebus. Equum namq; ille ferocem
 Cum tumido domitore, salis reflui obruit astu,
 Ille meum robur, laus ille, salusq;, satorq;
 Maiorum memorandus, ouansq; vti cadibus, vnus
 Bellipotens: iuga picta trucidis Pharaonis, & agmen
 Magnanimum, lectosq; Duces, deiecta fragosis
 Implicuit quasi saxa vadis, & cinxit arena. (ges
 Grande peregit opus, perimens tua dextra phalan-
 Vi multa, Deus; atq; velut stipulam ignis, atroces
 Absumfit furor. Unda tuum surrexerat altè
 Ad nutum sumosa: fremens simul, Insequar, inquit
 Hostis, agam toto palantes equore, stagna
 Cade, cruentabo; terga insatiabilis enssem
 (Quà magè densatur globus) in conuersa rotabo
 Fulmineum; & spolijs tantum gauisus adeptis,
 Corpora

Corpora trunca feris pelagi alitibusq; relinquam.
 Scilicet: Exardente tuo feruore, superbos
 Sorbuit, vt plumbum, nodato gurgite vortex,
 Ostia siccati me transabeunte profundi.
 Quis Superum virtute tibi, quis honore, quis actis
 Certarit? Tendente manum te, fissa cadentes
 Hausit humus. Soluente iugi te vincula rupi,
 Gens tua; nec mihi grande, fugam tenuisse per hostes.
 Quippe Palaestino mens excidit: abstulit error
 Cecus Idumaum: liquit calor ossa Moabi:
 Expauit Cananeus. Eos stupor alliget omnes
 Marmoreus, dum regna mihi decreta capeffam,
 Atq; adyti penetrabile tui, o aeterna potestas.

Hæc vno Gens ore sonans; hæc murmure valles
 Percussa; hæc eadem, Mosis germana, Maria,
 Famincis comitata choris, fatiq; futuri
 Conscia, voce lyraq; vagas iterabat ad auras.

Q V A R T I L I B R I
 F I N I S .

H 5 BIBLI-

BIBLIDOS

Liber quintus.

I. MIRACVLVM.

Emergentes ex mari Rubro Israëlita, triumphant.
Mox in desertum delatis, & triduo, ob aquæ penuriam, sitientibus, seroq; tandem ad amaritudinis fontem, vitam sibi acerbam esse putantibus, cœlesti monitu potus dulcescit: Non citra tentationem, parendum Deo, exitijs remedium inuenturo.

Sic hilares, post terga vadis remeantibus
alto (hostes,
Profiliunt; Mosesq; prior. Perussè tot
Se tutos per stagna maris inuat isse patentis.
Desertum Sur inde legunt. Sitis ignea campos
Hauserat, arebantq; luto feruente paludes;
Corpora tot flammata granis nec adureret ardor?
Cursu anima lingua agra labat, quatit halitus ora:
Deceptum squalente pecus stat margine ripæ,
Et quarunt siccata lacus armenta natandos.

Tres adeò, sine fontis aqua, ceu pulueris Afri
Collustrent inculta, dies, sine & imbre cadente,
Errabant. Tandè vna Marath, tesqua inter, amaras
(Inde loso probrosus honos, quòd acerbior herbis
Sardois) ostendit aquas: Sed & aspera linguis
In Mosen; Bibat vnde phalanx? expressit inertem
Verba; Deus clamatus ei vt recluderet vsum

Arca-

Arcaum Ligni: Inieclo quo protinus vnda
Cessit amarities, dulci mutata sapore.

Israël sic nempe (suis vt tristia latius
Mixta forent) tentandus erat, sic roce monendus;
Audiret præcepta sibi, sequeretur adorans
Iussa, nefas vitaret: Habens vt grande medentis
Instar, eas pestes, quarum quasi mole, nocentem
Obruerat Pharon antè, Deus suspenderet omnes.

Ad riguas tamen Elis aquas, qua fontibus exit
Bis sex, palmetoq; viret, sat castra refecit.

II. MIRACVLVM.

Longinè plebs progressa, locorumq; sterilitatem &
famem indignata, iterum obloquitur Mose, cœ-
loq; alimenta extorquet: obiurgata tamen. Ac
iubente Mose stans, Domini gloriam agnoscit ad-
mirandam: legit cibos, atq; escit, curiosè satis.
Facti autem memoriam, recondito Manna, asser-
uat Aaron.

Vix fuerant ea mota loco; mensisq; secundi
Quindecimo progressa die, Nilotica postquam
Exierat legio arua, tenens Sin, inter & Elim
Et Sinai, sine fruge solum, sine & arbore, linguis
Murmura miscebat rabidis: Vtinam aspera, panes
Largius ad satiem, & differtas carnibus ollas
Immodicis præbente Pharo, nos fata tulissent:
Quò inuat, huc subigente fame traxisse necandos?
Qua Deus indignatus: Vtrum, quo debet, honore
Gens leges colat ista meas, visurus, apertum
In nimbos panum ecce pluens (ait) aspera soluam:
Egre-



Egrediens legat illa, die quod nutriet vno ;
 At sexto duplicere labor. Mandata ferentes
 Amramida : Duce vincla Deo rupisse, scietis,
 Hesperijs vbi merget equos : vbi reddet ab vndis
 Phæbus, erit cum luce Dei noua gloria, clamant,
 Quem contra fremuistis. At insultare duobus,
 Quis furor ? Haud nos ista, Deum conuicia ledunt ;
 Qui carnes surgente dabit cum vespere, vobis
 Offensus, qui manè, cibi fastidia, panes.

Et Moses fratri inquit : Adhuc ediffere turba ;
 Auditi, apparete Deo. Stetit omnis olympo
 Ad vocem defixa cohors : In nube serena
 Maiestas simul ecce Dei manifesta reluxit,
 Et Mosi : Israël, ait, pridem auribus hausit

Murmur

Murmur. Ei testare : Dapum glutinueris offas
 Vespere ; meq; Deum esse sciens, satiabere manè
 Panibus. Inclinabat equos Sol pronus, & agmen
 Grande coturnicum, Borea veſtante, cohaſit
 Castra super. Sed & orta dies vix astra fugarat,
 Vt passim caneſcat humus, quasi rore pruina
 Rareſcens. Quid & esse putent, ſcitantibus ? Eſcam
 Amramides ait eſſe poli ; tantum vnde legendum,
 Quod ſatis vniciq; , gomor ſub luce virum
 Qualibet. Ac mora nulla fuit : præcepta parantes,
 Plus alij legere, alij minus, ordo ſuorum
 Vt capitum cuiuſq; domus erat : attamen vna
 Ambobus meſura fuit. Superesse quid inde,
 Cauerat Amramides fruſtra. Nam pluribus, eius
 Securis moniti, mox rancida verme ſcatebant,
 In dubium dilata diem : haud ſine vindice Moſe,
 Vt gomor impleret poſthac aurora diurnum,
 Sol alia attenuaret, humi diſſerſa, reductus,
 Lux ſineret modo ſexta, gomor duo cuiq; legantur.

Id factum, patribus Moſes referentibus, addit :
 Velle Dei, cui ſacra dies eſt craſſina, leti
 Maturate, & agenda agite, eumcendaq; ſlammis
 Vincite : non diſmiſſa vtero, ſeruate futuris
 Vſibus. Implere agiles præcepta : nec vllò
 Vel vitio, vel verme cibus ſqualentibus, auſpex,
 His hodie fruereſcentur, ait, dum ſeptima magno
 Lux Zebaoth deuota, daret nil tale per agròs ;
 Quantumuis à parte etiam quarentibus omni.

Ille nimis læciua Deo petulantia mouit

Hos

Hos questus : Quonam vsq; piget facienda negantes
 Iussa sequi Legemq; meam ? En, lux certa quietis
 Indixi, mihi festa foret; quam propter, alendis
 Sexta cibos duplicaret adhuc, & quisq; lateret
 Postridie, acturus digno mea sabbata cultu :
 Quam bene, res satis ipsa docet. Man, alba referret
 Quod filo coriandra leui, simulaq; saporem
 Melle soporata iucundum, extabat origo
 Vocis. Et interpres, non inmemor vsq; nepotes
 Seruandi ad longos, multa addidit insuper ore.
 Qua curans sibi dicta Aaron, gomor intulit vnum,
 Quod decima partem aquat Epbi, monimeta ciboru,
 Quis, sua dum Titan decies quater astra recensens
 Curreret, Israelem aluit polus, orbe Canopi
 Scilicet eductum, donec sibi debita fatis,
 Mansuras sedes Chanaan, contingeret arua.

III. MIRACVLVM.

Castris vicissim motis, populus sitit, & in Duce in-
 uehitur : Qui precipuam aliquam postulans for-
 tunam, Deo regitur : scopulumq; ferire iussus,
 aquam elicit. Hinc Amalec inultat pergentibus.
 Mole verò tollente manus, superat Iolua, sub-
 mittente, succumbit. Tunc Ara Deo Victori fit.
 Ichthro quoq; Generum visitat, & informat.

Hinc autem, partita tribus, & in ordine, turba
 Ad nutum digressa Dei, planè auspiciis, hæsit
 In Raphidim. Sed & vnda sitim cum nulla leuaret,
 More suo linguas exercens litibus, vnum
 Amramidem clamoris aquas è fonte poposcit :

Sené



Sené Phari auertisset humo, cum prole domandos
 Et iumenta, necante siti ? Malè passus at ille,
 Cur infans ego culpior, ait ? Cur longius aequo
 Tentari fers corde, Deus ? Cum gente rebelli
 Quid tandem, vix tutus, agam ? Procul omen abesto,
 Nil metuo restare, nisi vt lapidum obruar ictu.
 Conquestum, trepidare vetat, populoq; (senatu
 Ponè gradus iungente) Sator iubet ire priorem ;
 Et lituum, quo nuper aquas percusserat, altè
 Erecta præferre manu. se vertice, quanto
 In nubes procul inde cauas eat arduus Oreb,
 Sessurum; & feriente petram fidentiùs ipso,
 Quam populus bibat omnis, aqua, ceu fonte perenni,
 Casuram per saxa, per & leni agmine valles.

Ven-

Ventum erat ad vicina, latus cum cusside sum-
 Impulsus mons, ore vias patefecit aquarum. (ma
 Laxato. Mansitq; loco Tentatio nomen:
 In magnum sic cumbunda Deum quia soluerat ora,
 Impatiens; & inesse sibi dubitaret eundem
 Israël: impunè minus. Namq; agmina bello
 In Raphidim regione, nouis Amalecus agebat
 Hospitibus clausurus iter: Populoq; tremente,
 Nunida, properata viros compellat in arma,
 Imperat Amramides, & se cras montis acutis
 Stante cacuminibus, Virgamq; tenente, futura
 In pugna discrimen eat. Dumq; ocyus iret,
 Ascensu victrici iugi fastigia Fratres,
 Hurq; vna. Et tollente manus ad sidera Mose,
 Israël superabat; eò retrahente, iacebat.
 Quas senio frigente graues, cum membra sedentis
 Firmaret tremebunda lapis, subière laceratis
 Frater & Hur vtrinq; suis, ne pondere lassæ
 Succiderent, dum Phœbus equos mersaret Ibero
 Gurgite, nudaretq; fuga terga incitus hostis.
 Qui tenebris & nocte lateus, vt prorsus ab auro
 Excideret; tantiq; operis per secla, fouente
 Nunide, duraret honos, altare volenti
 Grande Deo fundauit, & id sua gaudia dixit
 Amramides: quod sola manus, quod & arma Ieho-
 Unum Amalec sine fine foret vsura premendū. (ua
 iam, quantum Pharys mirè Omnipotentis Hebræ-
 Finibus educantis opus, iam quanta potestas (os
 Moysi, inassuetis quatiens rumoribus Orbem

Fama

Fama, Sacerdotis Iethro quoq; contigit aures.
 Tum secum: Quin imus, ait, maiora relatu
 Comminus aspecturi oculis miracula rerum.
 Ac veniens, quæ castra, Dei sub Monte, salebris
 Pendebant, natamq; trahens geminosq; nepotes,
 Hac Genero perferre iubet mandata: Frequentes
 En Socer, en Coniux, en dulcia pignora, Nati
 Adsumus. Exiliit Moses progressus, humiq;
 Hospitis ante pedes prolapsus, & oscula miscens,
 Alterno sermone gradum ad tentoria vertit.
 Hicq; vbi consedere, suo pendentis ab ore
 Impleuit Soceri longis ambagibus aures:
 Nunc fatis quibus ipse Phari remearit ad oras,
 Rettulerit quibus inde pedem: nunc dura tyranni
 Mollierit quis corda minis, vt iussa precatò
 Egressus ad Sacra, daret: tandemq; secutum,
 Quadrupedes, plaustra, arma, viros, oppresserit vn-
 Nunc dura mala multa fuga. Quæ mira Sacerdos (dis:
 Gaius: Laus summa Deo, qui fortiter (inquit)
 Vos rapuit de sede Phari, de iure tyranni
 Prætumidi. Nunc prendo Deū, longè omnibus vnum
 Maiorem, venerorq; , focus holocausta daturus:
 Et dedit. Accubere Aaron, omnisq; Senatus
 Ante Deum struxere dapes, & adorea liba
 Promentes, auxere solum lustralibus extis.
 Purpureas aurora fores patefecerat ortu
 Postera; quæ sitorq; sedens, communia plebi,
 A prima ad pronam vsq; diem stanti ante tribunal,
 Iura dabat Moses. Et, quanam ea causa? roganti

I

Hanc

Hanc Socero canit : illa, Dei seu sensa requirat,
 Seu rerum prænoscere vices, aut iurgia solui,
 Pando Deum, nouo iura, minas compono sequester,
 Ac vita præcepta fero. Tentare videris
 Ille mihi peritura, refert, & viribus, istos
 Lassando, maiora tuis. Malè rexeris vnus
 Omnia. Quin, propiore via ad tua vota ferendus,
 Qua moneo, ne temne : Poli commercia solus
 Et populi alternato, dies dans ordine certo
 Sacrificos, ritusq; pios, & fœdera legum.
 Tum morum dictato modos, operumq; labores
 Partibus aut iustis æquato, aut ducito sorte.
 Præcipuè pietate graues, & mente virentes,
 Seligito de plebe viros, quos nullus habendi,
 Quos veri solum vrget amor : Sit & ille tribunus,
 Centurio hic, iudex alius, diuisa potestas
 Queis, onerum te parte leuet, leuioraq; curet,
 Transmittat grauiora tibi. Mea dicta faceffens
 Ista, Dei quoq; iussa feres, & sede reperta,
 Quem populum trahis, atq; trabes, latabitur omnis.

III. MIRACVLVM.

Ad Sinai montem venit. Huic Moyses conscen-
 dens, mandata ad vulgus referenda, accipit. Deus
 cœlo auditur loquens, ac tonitrua inter fulgura-
 que, Decalogum, nec non speciales quasdam fori
 sacrarumq; leges promulgans, & terræ demum
 possidendæ promissionem repetens.

Talia fatuus, abit memori dimissus Amico.
 Sed Rapidim aspernata, die perrexit eadem
 Isaci-



Isacidum quoq; turba, vagam cum Luna videret
 Tertia; continuitq; gradum, & dimensa tremendi
 Aduersa sub fronte iugi tentoria fixit.

At Moses Sinai superans extrema, vocantis
 Ista Dei mandata suis perferre iubetur :
 Vos testes, ego quanta, Pharo dominatus iniqua,
 Ediderim; electosq; aquilæ pernicibus alis (quis
 Sustulerim. Quare (ampla fides) nostra auribus a-
 Dicta capeffentes, & pacta colenda tuentes,
 Ante alias sanctam gentem mihi, solaq; regni
 Membra sacerdotalis, ouas super, atq; peculi (bebo.
 (Omnia enim mihi seruit vobis) proprii instar, ha-
 Hac populo, hac Patribus simul expectata volu-
 Omnibus &, vox vna fuit : Paremus. Ea; (tas;
 Audi-

Audita; Modò nube caua, Deus inquit, amictus,
 Plebe loquar presente tibi, & credente loquenti.
 Fac hodiè, fac cras, vt aquis lustretur, & inde
 Stet linguis animisq; fauens. Nam lapsus ab astris,
 Ipsius ante oculos, complebo cacumina montis.
 Huncq; aditu tentare, nefas circùm. Ausus, inulto
 Nemo hominum pecudùq; gradu, lapidù occidet im-
 Missiliu me. Sed ære dabit cùm buccina signù, (bre,
 Conscendat, cui suadet amor. Mandata faceffit
 Inter pres, populumq; piar: Tum vestibus vnda
 Purgatis, præstò esse iubet, sine coniugis vsu,
 Exerit mox nocte dies vbi tertia mundum.

Iamq; iubar ducebat eam. Vasto ecce repente
 Cum tonitru, tortisq; polo ruere ignibus ather,
 Et mistis nubes tenebris obducere montem,
 Voluentem; quantos fornax fumosa, vapores,
 Conchaq; terribilis longas intendere voces,
 Atq; vago circùm igne micans, trepidante caterua
 Attonitis per castra animis, insistere celsò
 Ipse iugo Deus, hucq; ciens deposcere Mosen,
 Haud monitu sine, summa redux per dorsa, videret,
 Spectatum plebs missa, sua se lege teneret,
 Ne fines transgressa datos, ferretur ad vmbra
 Parte sui maiore: quibus sacraria cura
 Inprimis, alijsq; Deo propiora ferentes
 Ora, cadant ne forte, prius sub gurgite labem
 Eluerent: Assumpto igitur modo Fratrem, rediret.

Dixit: Eoq; gerente, iterum sic voce per auras
 Detonuit. Tibi Numen Ego, & Dux magnus ab oris
 Serui-

Seruitij, quæ mando, nota. Me præter, adora
 Numina nulla, nec vlla mei simulacra, nec vllam
 Effigiem rerum, arce mea, tellure, mariue
 Extantum. Tibi Numen Ego, irreuocabilis vltor
 Ad ternum, quartumq; genus, commissa parentum
 Qui penis incesso, mei quod pugnat amori;
 Quod certat, non cesso bonis cumulare per auum.
 Haud nomen temerato Dei, quod nascit abusum,
 Cunctum equidem, perferre sui. Tibi Sabbata suntò
 Sancta. Alijs operare, vacet lux septima: tecum
 Omne tuum respiret ea, pecus, aduena. Namq;
 Hoc mundi fabricauit opus sex omne diebus
 Omnipotens, ac fecit eam, quæ septima, sacram.
 Dignator, victure diu, suo honore parentes.
 Non quenquam spoliato anima. Non fallito casti
 Iura thori. Non furator. Non testis habeto
 Pondera mendacis. Non fraude, nec arte dolosa
 Vllius captato larem: Non fœdera tædæ,
 Non famulum, famulamue, bouemq; asinumq; nec
 Possessor quod iure suo sibi vendicat, omne. (cuius
 Horrificis vulgus patefactam vocibus iram
 Audierat, fremitumq; tuba; & montem vndiq; cir-
 Fumiferù, flamasq; videns, tremefacta pauore (cùm
 Corda pererrante, atq; procul stans; iussa referret
 Ore suo Moses, obtestabatur, oborto
 Ne funesta metu morerentur ad orsa Tonantis.
 Sed veritos, tremere ille vetat: Cali esse fragorem,
 Explorare fidem, atq; sui inculcare timorem
 Mentibus, audendiq; nefas cohibere furorem.

Sic dicens, longè inde gradum sistentibus illis,
 Atq; tenebrosum propius stans aëra, amictum
 Numinus, ingeminanda suis alia insuper, audit:
 Experti, calo me responsante locutum,
 Non aurum, argentumq; , deos constabitis. Aram
 Det cespes, placet cades ouiumq; boumq; ,
 Sede, meus seruârit honos quamcunq; , nec vnquam
 Defuero, largitor opum. Si ponere saxis,
 Haud sehtis posuisse velis altare, profanes
 Ne cultri attactu; neu, quæ velanda, reueles,
 Huc gradibus tollare caue. Tum iura memento
 Ista fori. Sex Hebraum deserniat annis
 Mancipium: inde iugo gratis laxetur herili,
 Et, venum qua veste datus. Laxetur & vxor,
 Si qua viro est: Sed quæ per herum desponsa, creatis
 Et sexus vtriusq; potens, cum pignore seruam
 Perpetuò sine potet aquam. Sin eius amore,
 Ac domini, mitti ille manu aspernabitur, aurem
 Distringatur heri subula, sub poste locatus
 Dijs coram, obsequiûq; volens ferat omnibus annis.

Non verne liberta modo sit, vendita patri
 Filia, si sordescat hero: nec gentis alius
 Accipiat ceruice iugum. Si forsan herili
 Hec nato desponsa, modo quo libera, nubat.
 Spreta, thoros dignetur, eo curante, secundos,
 Et lenam cum dotè ferat, monimenta pudoris:
 Istorum non facta potens, sit libera gratis. (bras
 Perculerit quicumq; hominem, occisurus, ad vm-
 Infelix altare licet complexus asylum,

Esto

Esto comes: Non spontè nocens, at numine lauo,
 Quam sacraro, requiret opem. Sed cade parentum
 Infamem non vlla tegat. Sic dicta parenti
 Ingratus nece probra luat: Luat auctio furti
 Humani conuicta. Duo si iurgia neclant,
 Alter & incussu silicis pugniue, salutis
 Incertus, baculo agra leuet vestigia, soluat
 Impensas, oprasq; , reus. Sub verbere seruus
 Vel si serua expiret, herum sua pœna; dualus,
 Aut vna si luce supersint, nulla manebit:
 Eius enim est as. Luscus item, aut edentulus istu
 Alteruter, libertus erit. Pregnantis abortus,
 Ex plaga caussante, viro dignè atq; sequestris
 Pensetur; mors morte rei, lux (talio sancit)
 Lucc, oculi iactura oculus, dens dente, manuq;
 Trunca manus, pede pes, igne vslio, vulnere vulnus,
 Et liuor demum simili liuore luatur.

Faminci sexus aliquam quicumq; , virumue,
 Cornigera bos fronte necans, lapidû imbre necetur;
 Nec caro fontis, hero infonti, condatur in aluo.
 At cornu petulante minax, qui nouit, & antro
 Admonitus cohibente pecus non clausit, is vnd
 Occumbat: tamen ere dato, lucrabitur vsu
 Lucis. Et hac in prole boui lex esto petulco.
 In seruum ancillamq; procax etiam impete, siclos
 Ter domino numerante decem, lapidum occidat im-
 Alterius sic cade nocens, vendatur, & aqua (bre.
 Tam precij, quàm carnis, hero pars cedat vtriq;
 Sed cornu, audacè antè, sciens, nec cratibus abdens,

I 4

Permu-

Permutet iugulato. Asinus quoq; bosue, recumbens
Fortè scrobi, retinendus hero redimatur, aperta.

Si vendat, mactetue, bouem furatus, ouemue;
Quattuor hanc ouibus pensarit, bobus & illum
Quinq; Domum reserans fur nocte, & pressus in a-
Si pereat, percussor erit tum sanguinis infons, (Et
Non erit accusante die, moriturus & ipse.

Pro furto quod reddat, habens minùs, expleat are
Venditus. Expugnator ouemue, asinumue, bouemue
Furta manu, deprensa trahens, ac viua, rependat
Dupla. Suis depastus agros vinetaq; bobus,

Non suus, quod tenet omne suo vel colle, vel agro,
Retribuat præpingue. Seges, vel frugis acerui
Conflagrent si fortè, tulit qui damna, repenset.
Si quisquam seu vas, seu nummos, credat amico,
Et pereant commissa; nocens, det dupla: latente
Fure, dijs sistatur herus; tum numine iurans
Infontem se, teste probet: sons, dupla remittat.
Depositum, siue illud ouis, vel bos, vel asellus,
Siue pecus quodcumq; ; aliquo vel debile casu,
Vel letho soluente rigens, vel ab hostibus actum,
Non vllò cernente, polo quoq; teste citato
Excuset iurata fides, furtiua reponat:
Ossa vacent, depasta feris. Qui flagitat vsu
Horù aliquid, dominoq; cadens absente, vel agrum,
Pendat; eo præsentè, neget, mercede paratum
Inprimis. Desponsa minùs, sed cognita virgo
Dotanti simul vxor erit: renuente parente,
Dote puellarum solita contenta quiescet.

Viuere

Vinere ne patiare magos. Iumenta sequentem
Concubitu, fac morte neca. Nec parce ferenti,
Præterito me, sacra dijs. Haud sentiat vllum
Aduena, te faciente, metum luctumq; , quòd hospes
Exititeris quondam ipse Pharo. Neu fiat, & orbo,
Et vidua, vis: facta, meam stimulauerit iram,
Ac vestros viduabo thoros, orbabo penates.

Mutua dans cini ara inopi, da fenore nullo:
Pignus habens, vestem; illud adhuc Solè ante cadentè
Redde, quòd hoc solùm ipse cubet, solù ipse tegatur:
Afflicti, quia mitis ego, acceptabo querelas.
Non fama inficiare deos meliore, nec audax
Dic capiti vesana tua conuicia gentis.
Reddere primitias, decimasq; , tuumq; memento
Primauum, sobolis, gregis, armentiq; , relicta
Post septem soles genitricis ab vberè raptum,
Octauo hunc mihi nempe die. Venerabilis esto
Turba mihi. Caro, morsu fera, sit præda molossis.
Ne, ficti prauiq; tenax, tueare profanum.
Ne tibi sint exempla, mali caussa. Ante tribunal
Ne, vero abstinnisse, frequens sententia vertat.
Ne tua damnati merito sit parcior ira;
Parcior immerito: atq; necem sons horreat, odi
Quem vindex, cui fata paro; non horreat infons,
Quem seruator amo. Ora cauens fallacia, dona
Prudenti quæ fucus, emunt periuria iusti,
Sperne. Bouem, mulumue, reduc errore, licebit
Inseni per rura, vagum; crescente iacentem
Præteriens sub fasce, leua. Ne, visere regna

I 5

Assue-

Assueto peregrina, noce: Quid enim aduena, nosli,
 Exul agris olim ipse Phari. Sex sedulus annos
 Dente tuum reclude solum, fere, percipe messes:
 Septimus exercente vacans à vomere cesset;
 Ac reliquo saturetur inops, & turba ferarum.
 Collis, oliuetiq; tui assuetudo sit aqua.
 Sex operare dies, sit septima festi, tuumq;
 Iumentum requiescat ea, requiescat & hospes,
 Vernaq;. Sed iussa ista vide patiare, nec ullos
 Adiurans testare Deos, qui nomen inane.


Ter ritu maiore mihi stata sacra quotannis
 Fac memor: inprimisq; dies, quibus azyma tantum
 Septenis deuotus edes mandata, celebra:
 Mense, nouus quo ridet ager, quo liber abisti
 Seruitio; nec inanis ades. Post, mense, laborum
 Primitias quo fortè metis, sparsiq; per arua
 Seminis. Et quo mense tui tandem, orbibus anni
 Dimensis, decerpis opes latissimus agri.
 Ter quouis anno ante Deum stet mascula pubes.
 Fermentum, maclata mihi, cadat hostia citra.
 Non solem opperiatu adeps, mihi sacra, reuersum.
 Primitias frugum alta feres in templa nouarum.
 Non hædum spumante coques in lacte parentis.
 Ecce tuum recturus iter, bonus Angelus ille,
 Ductor, inoffensosq; pedes, ad debita fati
 Arua tibi, & custodis habens augustius instar,
 Mittitur. Hunc reuerere timens, audiq; nec ira
 Ad pœnas accende, meum quia nomen in illo.
 Omnia te constanter ei parente monenti,

Qua;

Qua; loquor, faciente, tuis ero iniquus iniquis,
 Teq; premunt qui fortè, premam, & meus Angelus
 Ibit, ad excutienda, tibi fatalia, regna (antè
 Centibus attritis. Harum ne suadeat audax
 Relligio, coluisse deos petulanter abenos
 Et lapides: Fregisse iuuet magè funditus omnes,
 Aut vertisse; Deoq; mihi seruisse potenti:
 Ut terris, ut & rber aquis non desit opimum,
 At desit diuersa lues, rubigo, situsq;,
 Natura indulgente sibi. Dabo tempora vite
 Plena. Aditu terrebo tuo, feriamq; colonos
 Terrarum, quas forte petis, metuendus & hostes
 Palantes, tibi victor, agam, niuus instar ab omni
 Crabronum regione ciens examina; vertens
 Terga quibus, nudata fuga, Chanaanus, Hethaus,
 Heuhaus, tibi cedet humo: Nec protinus anno,
 Ne laceat deserta, tibi neu dira minentur
 Bella fera. Mora lenta viros abolebit, adauctus
 Dum crescas, teneasq; solum, quà tenditur, omne.
 Finibus & metabor agros: Hinc æquore Rubro,
 Inde Palestino, Fluuiò hîc, regionibus illic
 Desertis. Non pacis opus tecum incola nectat,
 Nec testes admitte deos: ne passus & illum,
 Et venerans hos fortè, tuo me Numine spreto,
 In scelus exitiumq; ruas. Nunc montis ab alto
 Culmine delatus, Mose; cum Fratrem, Nadabo
 Ac populi Senibus, dextra lauaq; secutis,
 Septuaginta, Abiuq; redi: Sed, stantibus ipsis
 Suppliciter longeq; mihi, sine plebe, propinqua.
 Miracu-

V. MIRACVLVM.

Expositis per Mosen Dei imperijs, multitudo acclamat. Altare ædificatur. Sacrificium, ritibus quibusdam adhibitis, instauratur. Fœderis commemorariis, omnibus dicto audientibus, publicè legitur. Inde in montem redit Moses, comitibus assumptis, Deiq; splendorem visuris.



Vix, dudum auscultare auidas, ea inssus ad aures
Ordine rettulerat: Cùm mixta per ora cucurrit,
Adsumus ad mandata, tremor. Quæ cuncta notauit,
Et se matutinus agens, altare locauit (mem
Montis ad ima, suosq; tribum, quadam arte, per o-
Amramides titulos superaddidit. Inde, suorum
Pubè holocausta focus bis sex adolente iuuenos,
Et mon-

Et monstrata piacla, scyphis modò parte cruorem
Excepit, modò parte sui diffudit in aram.
Tum residens legit concepti grande Volumen
Fœderis, in cætu, se promptum ad agenda, fremente;
Ac tepidi in medium dispersit sanguinis haustus,
Vociferans: Cruor iste cruor est fœderis istius
Vos inter, thouamq; , super sermonibus istis. (ua
Iamq; Sacris vbi fortè modus, comitū ipse cater-
Dictorum stipatus, adit montem. Atq; coruscum
Israël impunè Deum videre. Sedentis
Sub pedibus radiabat opus, viridante colore
Sapphiri, vel luce nitet qua cærulæ aether.
Attonitos terrore, cibus potusq; refecit.

VI. MIRACVLVM.

Antè dimissus, nunc reuocatus in montem Moses,
Iosua ministro ascendit. Ac quadraginta dies no-
ctesq; ibidem commorans, plurima, ad rem diui-
nam facientia, sua sponte collaturo materiam
populo, adornare, ritusq; instituere iubetur diui-
nitus.

AT Mosen in celsa Deus fastigia montis
Eliciens: Hic lentus, ait, de marmore laui
Expectato duas tabulas, legesq; manuq;
Diuina per arata, tuis mandanda docendis.
Qui cupidus parere, trahat sententia si qua
Se dubios absente animos, Aarone Senatam,
Ignaris fraudum, Hurq; iubet censoribus vti.
Continuò Saxi, Iosua comitante, potitum
Verticibus, nebula spisso nigrantis amictu

Obscu-



Obscurat caligo; superq; , vomentis anhelos
 Maestas diuina globos. specie incubat ignis,
 Sex, populo spectante, dies: dum septima celo
 Surgeret, ac Moses nimbi, se voce vocantis,
 Interiora ingressus, ibi noctesq; diesq;
 Haereret denas quater, audiretq; iubentem
 Ista Deum. Mihi spontè ferat quæ munera vulgus,
 Sint, Aurû, argentum, as, byacinthus, purpura, bys-
 Ligna Setim, coccus bis tinctus, tantùm pellis, (sus,
 Murice picta gregis ductorum vellera, villi
 Caprarum, ad lychnos oleum, flos graminis Indi
 Vnguento, quos mittit Arabs extremus, odores
 Suffitu, preciosus onyx, gemmæq; micantes,
 Clarum humeralis Ephod decus, ac thoracis honores.

Tum

Tum fiant arcana mihi penetralia sedes,
 Planè adyti, quam deinde tibi monstrabo, figura;
 Vasaq; non ita pauca, pios fabre artis in vsus.
 Sic: Dicto è ligno, Arca duas fabricatus in vlnas
 Et semis porrecta tibi, duntaxat in vnam
 Dimidiamq; erecta, & lata. Refulgeat auro
 Iugiter hæc intus nitido plumata forisq;:
 Margo coronetur circum quoq; , squameus auro.
 Circulus & quadruplex, idem aureus, induat oras
 Quattuor, hinc atq; inde duplex: Quem factus eodè
 Vellus inauratus ligno transcurrat vtrinq; ,
 Gestandaq; humeris, sine sine cohæreat Arca;
 Quæ mentis, tibi danda, meæ conclusa tenebit (nas
 Pignora. Stetq; Tripus super aureus, Arca quot vl-
 In longum latumq; patet: cui parte Cherubim
 Auricomi ex vtraq; duo, seseq; tuentes
 Ac Tripodem, illius pandant umbracula, pennas,
 Unde sacras, me fante, dabunt oracula sortes.

Hoc ligno quoq; mensa duas tendatur in vlnas,
 Vnam, & semissim assurgat, laxetur & vnam,
 Igne nitens auri, labioq; rubente per omnem
 Circuitum, & sermo palmari, aliaq; corolla
 Desuper aureola. Tum singula cornua subter
 Sive apices, ad fulcra pedum, sit rasilis auri
 Orbis; eum vnumquemq; sudas, ligni huius & auri,
 Transabeant, mensamq; regant hinc inde ferendâ.
 Hanc gabate, phiala, cochlearia, cymbia, acerra,
 Exornent auro solido, libaminis vsu;
 Ponaturq; subinde Ceres mihi munda. Metallo

Dilli-

Ductile Candelabrum etiam meliore paretur :
 Cui surgens hastile, latus per vtrunq; refundat
 Sex calamos; horumq; scyphos tres quisq; , rotundas
 Et sphaeras circum, calataq; lilia gestet.
 Ipsum autem praesigne scyphis, nucis instar, in auro
 Quattuor extendatur opus; sua lilia cuiq;
 Et sphaera, distincta locis. Neq; lampades absint,
 Quae septem opposito igne micent, myxisq; vicissim
 Carpendis scutula, sed & emunctoria cuncta
 Ex auro, magnum simul aequatura talentum (tis.
 Pondere, ad archetypum descriptum in vertice mon-
 Materies verò Scenae sit purpura, byssus
 Torta, hyacinthus, item bis tinctus murice coccus.
 Virgatum variè istud opus tunc pollice docto
 Intendant aulae decem, quorum (aspice) tractu
 Quodlibet in cubitos viginti excurrat & octo,
 Quattuor in latum, mensurae aequalis, & inde
 Illorum stringatur & hinc pars vna per oras
 Oebalijs ansis, vtraq; ex parte tapetum,
 Quinquaginta : atq; ipsa simul Conopea nodet
 Fibula lunati totidem quoq; morsibus auri.
 Quae Cilicum bis quinq; tegant saga desuper vniq; ,
 In longum cubitos triginta, quattuor autem
 Transuersum, eiusdem mensura ea quaeq; , seorsim
 Quinq; , sagum sextum esto duplex in limine tecti.
 Haec quinquageni nexus alterna catenent,
 Ac totidem electri crispantes omnia dentes.
 Parte sui media Velorum extrema Coronis
 Emineat, retroq; pedem procurrat, & antè.

His alia indumenta pares, sandycis amictu
 Hoc, hyacynthi illud. Tabulas quoq; , robore dicto,
 Vlnarum bis quinq; , feces, Conopea subter,
 Sesquipedesq; ; duo coni quibus omnibus extent,
 Iungendis aptè : Hasq; gerant argentea fulcra,
 Dena quater, denas bis, ad oram scilicet Austri;
 Bina apices binos : Eadem, totidemq; sub Arcton.
 Posticas verò, occiduiq; cubilia Solis
 Spectantes, sex; inde duas, quae cornua Scenae
 Ambo, tenax compago, ligent, sursum atq; deorsum.
 Has auro inclusas, traiectis orbibus auri,
 Constringant medias aurata repagula, quina
 Eiusdem ligni. Hocq; tibi Tentoria surgant,
 Ante oculos quem pono, modo. Quae carbasus, eius
 Materiae formaeq; , tegat suffixa columnis
 Quattuor auriferis, quarum caput ardeat auro,
 Argentoq; basis. Media his stet fœderis Arca,
 Ut prima extremis adytis penetralia distent.
 Mystica eam Curtina, adyto interiore, superstet.
 Mensa extra Velum, lateris statuatur ad Arcton,
 Ex Candelabri aduerso. Proscenia tandem,
 Materia, qua Scena nitet : Tum quinq; columna
 His surgant, aris basibus, capita aurea habentes.
 Surgat & Ara Setim, solido tecta are superne,
 Longa & lata pedes quinos, tres alta, suumq;
 Omnis apex cornu protendat. Et eius in usus
 Existant, cineres susceptum, ex are lebetes,
 Fuscinula, pelues, carbonum claustra, bidentes,
 Aenea (reticuli in speciem) craticula, cuius

Quolibet in cornu quoq; abeneus annulus extet,
 Altare ad medium (quod contus vtrinq; cauatum
 Gestandumq; manu, transfigat ligneus, aris
 Orbiculis, ducto ipse teres) surgentis ab imo.
 Hac & in effigiem procurato omnia visam.

Arca quin etiam, bysso prætecta Tabernæ
 Et torta, hinc illinc centum porrecta sit vlnas,
 In latum quinquaginta, quinq; edita, stansq;
 Aeratis trabibus, basibusq; rigentibus arc
 Viginti, argentoq; caput sublime decoris.
 Post autem, occasum versus, se cogat in vlnas
 Quinquaginta, decem pedibus, totidemq; columnis.
 Antè sed, Eoum contra, modò quinq; decemq;
 Hoc cubitos latere atq; illo, tibicine terno
 Fulta; laborati tum cocco, murice, bysso,
 Vestibuli, & viola, preciosa cadurca quaterno,
 Viginti vlnarum. Vasa vsibus omnia sunt
 Aerca paxilliq; pijs. Gemmantis oliuæ
 Succus inextinctum suffusus nutriat ignem;
 Velum extra, Scenæ prætentum, Aaronæ ministro
 Sacrorum, & natis, & in omne nepotibus auum,
 Me coram. At cultus, summus quibus ipse Sacerdos
 Splendescat, sacra inter, erunt, facientibus, acri
 Ingenio quos orno, viris: Humerale, quod auro,
 Quod cocco & bysso, quod murice, quodq; hyacintho
 Textile (cuiq; duplex sului vtrinq; vincinus auri
 Terga catenato transversa cohæreat auro
 Mordicus) eiusdem summas circum alliget oras
 Materia. His calatus Onyx hinc pandat, & inde
 Nomi-

Nomina sex, restio descendit vt ordine, gentis,
 Pontifici gestandus honos, mihi fama perennis.
 Pectoris hinc Textum formetur rebus yisdem,
 Diues Arachnæ artis opus, iurisq; quadratum
 Et duplex, palmumq; patens, insigne micantum
 Quattuor ordinibus baccarum: Hoc Sarda, Topa-
 Atq; Smaragdus: Eo Carbo, Sapphirus, Iaspis: (Zus,
 Illo Lyncurius, fulgens Amethystus, Achates:
 Chrysolitus, Berillus, Onyx summo extet in auro,
 Quisq; Tribus vnus habens illustre, suumq;
 Nomen. Et id teretis simul extrema insuper auri
 Vincla, decussatim gemina retinente catena,
 Atq; Humerale liget, pendens, illiq; coherens,
 Infrà etiam, quâ palla coit, symplegmate flauo.
 Hocq; modo introiturus Aron Sacraria Flamen,
 Nomina vestra, æterna mihi monumenta, retentet
 Pectoris ossa super; quæ Luce Fideq; patebunt.
 Inde sacerdotalis Ephod, hyacinthina Sindon,
 Ad talos demissa fluat, cui textilis ora
 Per gyrum, osq; suprâ, circumq; plicata Coronis.
 At infra cocco, viola, byssoq; retorta
 Ambitus, ac luto croceo (per mutua mixtim)
 Punica mala; & Sistra, oculos implentia & aures,
 Aurea prætendat; summus si quando, Sacerdos,
 Vocalis, ne morte cadat, Secreta reuifit.
 Post primæ frontis Mitram aurea Lamina nesciat
 Lino hyacinthi, & sculpra gerat mihi amabile San-
 Sicq; Aaron delicta ferat, purgata suorum (Etum.
 Muneribus; meritisq; meam, prece temperet, iram,
 K 2 Angu-

Angusta indutus byssi Tunica, atq; Galero
Tectus, & astrictus plumato ima ilia baltheo.

Sint etiam Natis eius sua Suppara, Vittæ,
Cingulaq; , vtillum patria ornamenta Sacrorum,
Ungendis, & vtranz; manum, ad noua capta, pian-
velandisq; femur, veluti Pater, intima Scenæ (dis,
Seu subeant, seu fortè sacram spaciuntur ad aram,
Stirpe retrò longa, ne linquat vita profanos.

Hæc autem tunc prima sui documenta parabunt:
Fronte minax tenera vitulus, sine labe mariti
Lanigeri pecoris duo; triticei azyma farris
Omnia, largo oleo crusta & lagana illita, panes,
In cophino stabunt, me coram. Atq; inde locetur
Ad Scenæ tibi claustra, pater cum prole, lauandus;
Conspiciuusq; nouo cultu, tectusq; Tiara,
Succingatur, & vda sacro madefiat amomo
Tempora, te spargente, mihi nunc ritè Sacerdos.

Iam manibus, per te lustratis, tactus eorum
Bos pronum, Scenam ante, caput, tibi protinus ense
In vulnus cadat; atq; cruor, dispersus ad aræ
Cornua summa, sed ima sui plus parte, litetur.
Extorum velamen, adeps, fibraq; micantes,
Ac renes, horumq; crepent omenta per aram,
Grata mihi: Caro, terga, simus, res dira, crementur
Igne foris. Dein ista Aries ratione, vicissim
Tactus ijs, casusq; tibi, circum imbuat aram;
Sectus & in sua frustra, pedes quoq; lotus & exta,
Conflagret, mihi honoris odor suauissimus, alter:
Alierius verò, tacti, casiq; cruore

Summa

Summa Sacerdotum tepido moderatiùs auris,
Pollicis & dextri, manuumq; pedumq;, linantur:
Excepto pateris, circumqua; ara calefcatur;
Iamq; sacro, illius custodum sparsa, sacrentur
Vestimenta, oleoq;. Sacris quibus omnibus, huius
Cauda, aruina, adipata, sinus, ren, vberis armus
Dexterior, fragmen panis, laganum, atq; placenta,
Me coram, deprompta suo & sublata canistro,
Cuncta, manus patriq; grauent natusq;, piamen:
Mox eadem pascant, holocaustum acceptius aram.

Lanigeri tunc pectus, erit quo dignior Aron,
Sacratum & sublime, tibi pars certa, leuetur
Me coram: Aeternumq; suo custodibus aræ
Debita, seposito cum pectore plenior armus,
Portio iure cadat, primordia nempe piaculi.

Muneris, & cultus olim, nisi filius, heres
Sit sancti nemo, quem fors vocat æqua secundum,
Ungendus, formosus eo, dextramq; replendus:
Et Scenæ hebdomaden visurus operta, minister.

Pulpam ipsam pecudis, sacra qua parte locorum,
Aere coquas, Aaroni epulas natisq;, sub ipso
Vestibulo Scenæ, panes præbente canistro,
Prima rudimenta, & manuum placabile Sacrum.
Nil horum peregrinus edat, quia sancta. Regusstet
Reliquias quoq; nemo; voret sine posterus ignis.

Hos monitus, vt iussus, obi. Septem vsq; diebus
Linigerum sacratio manus, aramq;: Litato
Pro noxa vitulum, consueta piacula, quouis;
Et geminas, hanc Sole nouo, hanc labente, bidentes:

K 3

Perq;

Perq; vices simula decimam, quartamue capacia
 Hin partem, & tantundem olei viniq; liquorum;
 Libamen, quod dulcis odor mihi, fata datur
 Ad Scena manifesta fores in luce serena:
 Aegyptiq; ita Numen ero indubitabile duclis.
 Præterea minor Ara duas assurgat in vlnas,
 Vnam autem quadrata Setim, cornuta, metallo
 Nobiliore inducta, suis, velut illa, videnda
 Orbibus & sudibus, nitidaq; coronide circum.
 Hac, citra Velum, Tripodi Cistaq; canoris
 Obtentum, vel manè struens, vel vespere lychnos,
 Quotidiè repetita dabit mihi thura Sacerdos:
 Hac minimè diuersus odor, diuersa nec vlla
 Hostia fumabit. Semel hacq; cruore quotannis
 (Causam omnè abstergente mali) purgaminis orans
 Stabit Aron, sine fine. Caput de gente recensens
 Omne (procul mea vt ira) anima mihi posce redem-
 Dimidium Sicli, precium, bis scilicet annos (ptæ
 Implentis denos, pluresue, sine ordine, egentis
 Et locupletis. Id omne mea elargire Taberna
 Vsbus, emolumenta tuis. Trua abena lauacris
 Facta pedum manuumq; basi simili, inter & Aram
 Et Scenam, non absit; ad interiora Taberna,
 Aut Aram, mihi thura datum, ingrediente ministro
 Tutius. Extremum myrrha fragrantis odores
 Siclorum quingentorum, castaq; recentis
 Tantundem; & calami mediū, huncq; equantia lan-
 Cynnama, glauci olei fluido commixta liquore, (ce
 Hin quantum mensura capit, sint sanctius rnguen,
 Quo

Quo Scena, & mensa, Arca, Foci duo, Trulla basisq;
 Cum Vasis, Candelabrum, Instrumenta nitescant
 Omnia: quæ taciturnus Aron Natiq;, sacrentur
 Hoc ipso, ad serum vsq; genus. Nullius inungat
 Membra hominis petulantex idem, ueq; fiat ab arte,
 Sacratum quia, tale. Parans quicumq;, vel inde
 Externo dans pauca, trahet cum stirpe ruinam.
 Pena eadem, tentare modos suffiminis ausum,
 Urgebit: quod in ære, manu tundente, minutum
 Artificis, stacte, thus, galbata, aromata, costum,
 Ponderis aequalis, fuerit; mistumq;, loquenti
 Halabit mihi sanctus odor, testem ante Tabernam.

En operum istorum, lectus mihi, filius Vri
 Beseleel, exactior erit: Quo, stirpis Iudæ,
 Atq; mei pleno, melior nemo, ære, vel auro,
 Vel ligno, vel honore eboris, vel marmore secto,
 Vel gemma, argentoûe, rudes animare figuras.
 Proximus huic, de stirpe Dani, Achisamecha propa-
 Ooliab, pluresq; alij, certaminis vna (ga,
 Decurrent (me dante) manu solerte laborem
 Edictum. Nunc ergo tuis, mea Sabbata, manda,
 Deducant in honore, mea rata pignora mentis,
 Me docti Dominum esse Deum. Quacunq; profanans,
 Hisq; aliquod saltem ausus opus, morietur, & euo
 Excidet. An sex esse dies operum, inde quietem,
 Non satis? Omne diebus opus ceu nobile mundi
 Expleuit sex, arte creans, & deinde quieuit:
 Sic tu sex operare dies, tandemq; reside.
 His dictis, tabulisq; datis, quas pollice dextra
 Duxerat ipse sua, finem dedit ore loquendi.

BIBLIDOS

Liber sextus.

I. MIRACVLVM.

Cunſtante Moſe, Populus Deos Aaronem poſcit
duces, iſq; ſua quemq; ornamenta: Et Vitulo
inde formato, ſerias indicit. Oblatis ergo ſacri-
ficijs, epulæ inſtituuntur, & choreæ. Quas Deus
abominatus, dimittit Moſen. Qui audito per ca-
ſtra ſtrepitu, proiecſtum frangit Decalogum, e-
uertit conſtatile, fratremq; idolatriæ arguit. Mox
ad vocantem, Trib. Leui in ſua ſzuit viscera: Il-
lo factum non improbante, ac diuinitus aut ve-
niam, aut ſui ipſius interitum depoſcente, ſed ſu-
um facere, nec diuinæ iræ modum præſcribere,
& caſtra mouere iuſſo, abſq; Deo tamen. Eò lu-
gens populus, ornatum exiit. Tabernaculum et-
iam extra caſtra tenditur, Deo coràm loquente
Moſi, deſideranti fruſtrà maiſtatis intuitum.

Ntereà indignata moram lenti Auguris,
iſto (na nobis
Ad Fratrem clamore ruit Plebs: Numi-
Prauia, ſac. Neſcimus enim, qua ſera retardet
Segnicies in monte ducem. Iubet ille, ſuorum
Atq; ſuas, inſigne ſerant glomeramen, in aures.
Allatas ſimul, ſigne domat; Vitulumq; figurans
Format; & hæc ſibi Signa viæ clamantibus, aram
Erigit, ac cras feſta, Deo ſolemnia, ſacrat
Præconis voce. Orta dies vbi, tota voraces

In flam-



*I: flammæ holocausta cadunt, epulante gregatim,
Et placidos ducente choros per mutua vulgo.*

*Quæ dudum iam indigna forens, his vocibus irã
Faticano proferre Deus: Decurre, videq;,
Quid populus, tibi ductus, agat. Deerravit, eundum
Qua dixi, regione viæ; & sibi Sculptile finxit
Arte, salutauitq; deos libamine Sacri,
Et Pharia de sede, duces, planè impius. Ausum,
Excindam largire, mihi gens magna futurus.*

*Ille precans, contrà: Quas in, tua gaudia, Gentè,
Parturiet tandem ira minas, ita robore magno
Eductam? Vel probra Phari vis? Fraude necandos
Per montana, genusq; sua cum stirpe terendum,
Elicuit. Reuocere Deus, culpamq; remittas,*

K 5

Tharia-

Thariada memor, Iſaaci, Iſacidaq; , tuorum;
Sapè quibus, te teſte probans, promiſſa dediſti,
Victuros numero aſtra, polis affixa, ſibiq;
Paſſa diu fatis, habituros arua nepotes.

His precibus cedente Deo, deſertur, vtranz;
In ſaxo calata tenens præcepta, tabellam.
Cùm motus diſtante comes clamore: Quid, inquit,
Audio plebeium per Martia caſtra tumultum?
Aſt ego, diſta ſecutus herus, nil tale, ſed hymnos.
Iamq; gradus in caſtra ferens, Apinq; chorosq;
Indignatus, humi iactis fraclisq; tabellis,
Montis ad ima, bouem arreptum vi vindicis ignis
In cineres dedit, bos & aquis inſperſit, in hauſtus
Communes. Aaronem etiam trucis arguit auſi,
Crimen obumbrantem; ſibi parceret, antè capacem
Qui ſcelerum noſſet populum, taliq; moleſtum
Voce ſibi: Fac, eſſe deos ſecurus, eamus
Auspicius quibus. Huius enim quæ perdita Moſis
Caſſetur fortuna moram, ignoramus. Et aurum
Prolatum flamma domui, hunc reddente Iuencum.
Tum, ſicut caſtrorum aditu perſtabat, & hoſti
Nudatum vulgus capita aſſiciebat: Adeſte,
Vociferans, mihi adeſte, Deum quicumq; profeſſus.
Ad vocem exilière, Leui Tribus omnis, & enſe
Sicut erant moniti, per inertia caſtra vagati
Fortius iuerunt cognata in peſtora ſtriſto.
Hauſit & vna dies hominum tria millia ferme
Undecies; ſerale ſacrum plaudente, nouisq;
Poſtridiè culpante ſcelus populare querelis;

Vota

Vota tamen ſpondente, Deum exorantia, Moſe:
Nec ſolum ſpondente, ſed hac tentante: Popellus
Iſle nouos ſibi fortè deos dum finxit in auro,
Admiſit gentile nefas. Sed id, oro, benigna
Aut venia dignare, preces audire paratus,
Aut vita me erade libro. Eradetur, olympi
Rex ait, auſus acerba mihi quicumq; : regendum
Tu modò, deſinita tibi, duc vulgus ad arua,
Te famulo præunte meo. Sua tempora pœna
Ipſe legam: Legitq; , ſuperſitionis Aaron.
Verùm age, plebs & abacta Pharo, hinc tendaris ad
Iam certas tibi, iamq; tuis olim, vbere largo (oras
Quæ lactis, quæ mellis eunt. Meus angelus antè
Vertetur, cedetq; tibi vetus incola terræ;
Me ſine, ne (cervicis enim es dura) inter eundum
Depereas. Quæ plebis vbi vox venit ad aures,
Pro decore ornatuq; ſui, luſtum omnis amauit.
Incutcansq; priora Deus: Cervicis abundè
Hic populus dura, auſa luet ſemel auſa, terendus.
Nunc cultus depone tuos, ego videro deinceps.
Dixerat. Et poſuère humeris velamina iuſſi,
Orebo ſub monte. Procul Conopea caſtris
Amramides quoq; diſta nouo ſibi nomine ſacri
Fœderis, intendit: rata quò reſponſa petitum
In dubijs, efferre pedem plebs tota, ſimulq;
Fatilego egrediente, ſuis deſixa caſarum
Limnibus, viſu ipſa ſequi modò terga, ſolebat.
En ſubitò obſcurare ſacras circum, omnibus ora
Intentis demiſſa, fores ſpiſſi aëris umbra:

Ac

Ac facie ad faciem, ipse loquens, homo sicut amicū,
Amramiden ambire Deus. Nec, castra vicissim
Illo adeunte, puer Numides cedere quòquam.

Hic Vates vrgerere Deum: Per inhospita porro,
Me duce, Gens eat ista, iubes, nec (parce) laboris
Quo tanti consorte, doces. Si nomine notus,
Si gratus tibi dicor, age, & clara exere vultus
Ora tui, propiusq; patens hanc aspice Gentem.
Et rursum, anteriora sua ostendente viarum
Indicia, optatiq; soli certa ocia fessis,
In dicto perflare: Tuo nisi deuia ductu
Ista relinquamus nunquam. Qui namq; sciamus,
Plebs mecum, nos esse tibi cordi, iueris ipse
Ni prior, vt sic gente procul celebremur ab omni?
Plus etiam, accipiente preces moderatiùs illo,
Poscere: Quin, sit quanta mihi tua gloria, pandis?
Pandam, ait ille, tibi omne bonū, Dominiq; vocabor
Nomine, te coram, atq; dabo veniamq; fidemq;,
Corde minas ponente, quibus consensero, votis.
Et nostri concessa tibi quòd copia vultus?
Me spectans, non viuet homo. Tamen ecce potestas,
Me standi penes, esto tibi, super ardua petra:
Et iam maiestate mea te præter eunte,
Rupis in ore, mea te dextra abdente, latebis;
Dum dempta præuectus ea, tibi terga videnda
Dem mea, sed faciem spectandi iure negato.

Nunc igitur tabulis alias è marmore fractis
Assimila, quibus illa priùs mandata, recidam:
Et primo cras Sole veni, Sinaiq; bicornis

Verti-

Vertice sta. Tibi nemo comes succedat, & infra
Nò hominū quisquā, aut pecorū quodcūq; vagetur.

II. MIRACVLVM.

Instauratis tabulis, Moses Dominum itineris denud
vbi poposcit ducem, ac fore, repetitis promissio-
nibus, non citra mandata peculiaria, audiuit, ad
suos redit illustrior. Cognita verò Dei volunta-
te, populus struendo, fabris diuinitus excitatis,
donaria cumulat Tabernaculo. Quod tandem
perfectum, erectumq; solenniter, Dei maiestate
impletur, castra mouentem populum interdium
nube, at noctu lumine quodam comitante.



Fit dictis mora nulla. Iugo simul ille petito
Constiterat, de nocte vigil: cum nubis in vmbra
Descen-

Descendens abeunte Deus, sic voce vocantem
 Audit: Habes qui sceptrâ poli, miserensq; bonusq;
 Et patiens veraxq;, tuâ penetrâlia mentis
 Qui reseras in mille gradus, qui crimina donas,
 Non vlllo excusante tibi sua, quiq; nepotes
 Maiorum delicta facis luere ordine certo:
 Si charus putor esse tibi, comes eslo viarum
 Nostrarum. Cernicis enim plebecula dura
 Hac, veniâ clementis eget, te rege recepto;
 Audit, humiq; genu posito pronum, erigit istis:
 En pacto stans, luce palam, miracula terris (dum
 Non vllis audita, geram, vt, quod adorno, tremen-
 Hic populus suspiraret opus, modò iussa capeffe.
 Cedet Amorrhæus, cedet Chanaanus, Herbaus,
 Cumq; Pherezæo, Heuaus, mihi pulsus, auitis
 Cedet Iëbusæus agris. Tunc fœdera posce
 Nulla viros, damnosa tibi. Quin funditus aras
 Prorue pollutas, rape signa, & decjce lucos.
 Illorum haud venerare Deos. Deus amulus vnus.
 Neu socicris eis: ne cui celebranda rogatus
 Ad sacra, sollicitère, dapes libare profanas,
 Externasq; ambire nurus, que sacra suorum
 Accubitu genioq; deùm insidiosa nouantes,
 In peius manifesta tuis sint causa ruendi.
 Nulla pares Idola. Notes hunc fœderis iëlam,
 Quæq; priùs mandata dedi, memor omnia serues.
 Tum noctes in monte decem quater ille, diesq;
 Tam Cereris quàm fontis inops, descendit, in vltis
 Fœderis editiq; ferens vtrancq; tabellam.

Et fa-

Et faciem radiare suam ex afflante Tonantis
 Alloquio ignarus, plebemq; stupere stupefcens,
 Nil quicquam trepidaret, ait, veloq; supernè
 Tectus, ad auritam dudum, diuina canebat
 Per solitas responsa vices: idemq; retectus
 Ora, fruebatur noua fata loquente, Ichoua.

In cœtu vix iussa DEI narrare frequente
 Ceperat, & sua quisq; sacros conferret ad vsus
 Scenarum, exhortatus erat; cùm spontè metalli
 Omne genus, lanas, vestes, gemmasq;, Setimq;
 Ligna, profuderunt, olcumq;, sine ordine, vatis
 Ante pedes, matrum atq; virùm chorus omnis, in-
 Armillas, & dempta suo redimicula collo, (aures,
 Craterasq;. Quibus fabrà celeberrimus artis
 Beseleel, & maior cône, relinquo, minorûe,
 Ooliab, iunxère manus, operumq; laborem
 Sortiti, domuère cauis fornacibus ara,
 Aut viuos duxère rudi de marmore vultus,
 Aut stantes traxère rubro subtegmine telas,
 Aut dextra solertis acu pinxère figuras,
 Ingenium stimulante Deo, digitosq; regente:
 Ut spectans, & vota ferens plebs Sole renato,
 Non modò miraretur opus, sed munera semper
 Muneribus cumularet. Ei dum præco, quiescat,
 Liceret, artificesq; modum rerum esse, monerent.
 Ergo Tabernaculi compage per omnia tandem
 Archetypum referente, Deus quem culmine montis
 Legifero signarat, & omnibus arte paratis
 Ad cultus ritusq; sacros, caelestibus augur

Ilicet

*Ilicet impletus monitis, sacrauit honore
 Optatam maiore diem, quæ prima secunda
 Aestatis Lunaq; : Sua Conopea stabant
 Quando basi, tectiq; super, sed fœderis Arca
 Intus, obumbrata velis, mensaq; , superq;
 Hanc tripode, & crustis, candelabroq;, suisq;
 Ordine lampadibus. Põst suauibus aurca latè,
 Ex veli aduerso, spirabat odoribus ara.
 Hinc alia in foribus, quæ tota holocausta vorabat.
 Tum labri propè stantis aqua, Secreta Sacerdos
 Seu peteret, seu fortè gradus efferret, eiq;
 Consortes nati, palmasq; pedesq; lauabant.
 Scenã etiam circum atq; focos, sola plana patebant.*

*Nec mora, caligo super impendere, Deiq;
 Maestas implere locum, arceretur vt ipse
 Introitu Moses. Et ea cedente, mouebat
 Per turmas mox castra suas, pendente supernè
 Israël dimensa loco quocunq;, locabat.
 Quippe die nubes nigrans Conopea textit,
 Nocte iubar, spectante domos per quaslibet omni.*

III. MIRACVLVM.

Dominus de Tabernaculo leges sacrificiorum, delictorumq; expiandorum, & luccessionis ordinariæ sancit ritus. Quos expediens Moles, in concione Summum Pontificem sacris inibat, Tabernaculum, & ad id pertinentia, consecrat, debitisq; sacrificium ceremonijs auspicatus, Sacerdotes ad Vestibulum præstolari iubet.

Laxa-



L*axatis autem penetralibus, alta vicissim
 Ora Deo soluente, ruit vox talis ad aures
 Amramide : Referenda tuis, quæ mando, memento.
 Facturus mihi sacra, pecus, maiusue minusue,
 Segreget. Atq; holocausta bouum dans, mascula citra
 Det maculam, Scena ante fores; & tempora, primũ
 Tacta manu, rotet ense, meamq; ita mitiget iram.
 Aronide verò respergent sanguine circum
 Altare, & nudata sua cute membra, pedesq;
 Cum fibris lotos, ponent strue, cuncta Sacerdos
 Quæ mihi succendens, gratos adolebit odores.
 Sic ouium dans, caprarumue holocausta, det agnum
 Anniculum, sine labe, pari ritu eius, ad Arcton.
 Ast auium dans exta, inbe, det turturis exta,*

L

Seu

Seu pulli, eduxit nuper quem Chaonis ales :
 Sanguinis & guttas iugulo demittat ad aram,
 Cumq; gula abiectis pennis, triuialis ad ortum,
 Quà cineres sentina capit, modò torqueat alas,
 Et mihi suffitum, factò cremet igne, Sacerdos.

Liba litaturus, simila libamen, oliuo
 Aspersum, cum thure litet; doniq; Minister
 Pugillum, & thus omne, notam gratæ offerat auræ.
 Quæ super his, Aaronis erunt, & pignoris eius.
 Liba ita, subiecto clibani tosta igne, daturus,
 Triticea det liba dapis, lagana azyma, pingui
 Utraq; tincta oleo. Sartago sit azyma libi,
 Fracta minutatim. Sic quæ craticula pinsat,
 Azyma sint quoq; crusta, oleo lita, certa minister
 Quæ monumenta, & grata mihi, comburet in ara:
 Sumet Aron reliquum. Libamina mellea nulla,
 Nullaq; fermentata volo. Volo munera saltem
 Primitias horum, sed non suffimen in aris;
 Salsa tamen, quæcumq;. Parans donaria frugum,
 In farris terat illa modum, sed torrida flammis,
 Atq; oleo madefacta, ferat cum thure, litandas
 In segetem surgentis adhuc vix frugis, aristas.

Victima pacalis, seu bos, seu bucula, lectus ual
 Siue aries, seu forsitan ouis, vel capra, vel agna,
 Labe vacet: tum tacta manu caput, occilat icu s
 Et famulo spargente, cruor circum imbuet aram.
 Qui sed adeps extrâ & vitalibus intus adheret,
 Ac renes, quiq; ambit eos, quiq; ilia cingens
 Vestit adeps, rarumq; simul, quo clauditur hepar.

Reticu-

Reticulum, sacri igne foci incendantur odores.
 Omnis adeps mihi sanctus erit. Nihil eius, in auum;
 Religio extiterit gustare, nihilq; cruoria.

Accidat, ut temeret mea iussa q's inscius, Vntus
 Precipue, si fortè mali rem pronior ausit
 Exempli, Scenæ ante fores sine labe iuuentum
 Constituat, tactiq; manu caput antè bipenni
 Gutturâ perfringens, in Scenam sanguinis haustum
 Inferat, & digito libatum, terq; quaterq;
 Spargat in aduersum veli, interioris & Arc (de:
 Cornua; Sed bibat omne basis reliquum ima secun-
 Atq; nefas eadem exta pient, quæ pacis habentur,
 In cineres data; pelle, fimo, pede, viscere, collo,
 Quà cinerum sentina iacet, castra ante, crematis.

Omnino par ritus erit, pro crimine vulgi,
 Ignoto, tentante meam tamen acrius iram,
 Ut Procerum contacta manu cadat hostia, taurus:
 Et sacer admissa pro culpa Principis, hircus,
 Proq; nota cuiusq;, rudis vel capra, vel agna,
 Ad lacrymas, ad vota rei, sua dante ministro.

Aut oculis, aut aure notans conuicia lingua
 Insana, reticensq; reus. Reus omnis habendus,
 Immundum, exceptumue feris, aut fortè caducum,
 Reptile, seu quodcumq; pecus putre, nescius idem
 Immundus, non mundum hominem qui pollice tan-
 Obligat aut qui verba fide, faciendauic: rectè (git:
 Vel malè, nec rata deinde tamen, peccasse putetur
 Ipse sibi, idcircoq; dolens, gregis offerat agnam,
 Seu capram, culpa consueta piacula. Turtur

L 2

Hi

His demptis, explere vicem, vel Chaonis idem
 Ales, vterq; duplex, poterit. Quorum alter, vt ante
 Monstratū est, iuguletur, amet tradi ignibus alter.
 His etiam si pauper eget, sine thure oleoq;
 Portet Ephi decimam simila partem, eius & vnum
 Pugillum sacra flamma voret, noxamq; repurget.

Sacrilegi non spontē, aries tener hostia, siclo
 Sacrorum gemino emptus, erit; damniq; repens
 Quinta sacerdoti pars accumulanda sequestro.

Depositi commissā negans, aut iura resoluens,
 Vel per vim vel fraude nocens, amissa hē celans,
 Sive canis quem dente petens, aut conscius ausi
 Illiciti, cum parte simul quinta, omne reponat,
 Et mihi lanigerum, culpam qui dignior aquet.

Morem autem Sacri esse iube talem: Ignis alatur
 Hic pernox, altare super, famulusq; ministret
 Carbasseus, braccāq; femur succinctus: opertos
 Hinc cineres, mutato habitu, castra efferat extra.
 Luceat assiduē iste focus. Ne flamma residat,
 Quotidie super almus adeps & ligna struantur.

Istaq; lex Aaronis erit, sobolisq;: Ferendo
 Liba, ferant simila pugillum oleiq;, superq;
 Thus omne, incendantq; mihi suffimen in ara:
 Reliquijs epulentur ij ad Proscenia soli,
 Continua generis serie, procul inde profanis.

Qui vittas successor habet, documenta daturus
 Prima sui, decimam aquet Ephi, sartagine tostam
 Atq; oleo; & partem vrat eam, Titane cadente,
 Hanc surgente: nec inde fames, quacunq; leuetur.

Quo

Quo fumant holocausta loco, cadat hostia noxa;
 Nec nisi sacrorum famulis cibus. Atq; cruore
 Illius aspersus feruente, laetetur amicus:
 Fictilis & frangatur, aqua purgetur abena
 Olla, Sacerdoti cedet cutis, atq; caminus
 Liborum quod, sartago, craticula torret,
 Sive oleo madidum, siccumue, quibuslibet æquum.

Dona animi grati data spontē, fac esse placentas
 Et lagana, & simila crusta, azyma quoq;, liquore
 Tincta olei; quibus ima basis quadra locetur
 Fermēto: tantum vnde mihi (qd enim amplius) vni.
 Quod superest, famulo omne dico, qui cade cruentat
 Altare: Ac de carne nihil Sol spectet edenda
 Crastinus, hac quoq; spontē data, vota hē: relictum
 Si spectet quid forte, fame consumat; at igne
 Tertius, & quid eo inde cibi gustare quis ausus,
 Præsertim tactu antē rei quoq; sordidus atræ,
 Stirpe sua excindetur. Ouis, bouis, atq; capellæ
 Nequaquam comedatur adeps: nonnullius vsus
 Ex morsu tamen esto feræ, & de corpore quouis
 Exanimi, verum esca minus. Non esca volucrum
 Non pecudum cruor vllus erit: Cruor esca fructi
 Excidium ne triste ferat. Cui victima pacis
 Offeritur, liborum etiam stata sacra ferantur,
 Et dextra teneatur adeps cum pectore: Sacrum
 Deinde, litet, sumatq; sibi Popa pectus, & arinum.
 Pontificem nunc vade, sua statione locatum. (cassē
 Iuit, & in coetum, ante fores Scenæ, omne vo-
 vulgus vbi: Cum prole subi iam munera Frater

3 L

Sancta

Sancta Dei tribuentis, ait. Ducto ocyus omnes
 Lauit aqua, patremq; stola, qua linea, vestit,
 Ac Zona stringente sinus succingit, & aprat
 Cum tunicis humerale, decus quoq; pectoris, ipsum
 Cui Verum & Doctrina inerat, capitiq; tiaram,
 Lamina per frontem descendat vt aurea, ponit.
 Hinc balano Scenam vngit, ea & contenta, sacratq;,
 Ter spargens aram atq; quater, vasa omnia, trul-
 Et basin, Assyrioq; caput perfudit amomo (lam
 Pontificia. Sed & ipsa dedit velamina natis
 Cum cinctu tenuiq;. Manu quem tangeret Aron,
 Quem nati, pra fronte, Sacrum pacale, iuuenicum
 Constituit, digitoq; rigans circum imbuit aram
 Sanguine, subiectamq; basin. Pinguisissimus autem
 Complexu qui cingit adeps vitalia, rete
 Et iecoris, geminiq; suo cum sumine renes,
 Sacratos altare super; cum carne, fimoq;
 Exuuias, accensos post castra, feruntur in ignes.

Additur huic holocaustum aries, in certa secan-
 Frustra, sacerdotumq; manu caput ille nouorum (deus
 Tangendus, bifidosq; pedes atq; exta lauandus,
 Summa cruentaturus item conspersibus ara,
 Suauis odor. Stetit alter ei cornes inde, manusq;
 Contactu, repetita cadens in vulnera, flumen
 E patulo calidum ore dedit, quo dextima partim
 Auricula, & pollex cuius manuumq; pedumq;
 Intepuit, partim ara: Suds reliquum iuit in vsus.
 Nam Moses Cererem, laganum, libumq; canistro
 Flamminibus deprompta nouis dedit azyma, cumq;

Armo

Armo adipem; coramq; Deo sublata, recepit,
 Ac dulces, altare super, succendit odores.
 Ipsum etiam, sacrum ante Deo, confine papille,
 Testatus partem esse suam, quo suauiter ara
 Spirabat, sacrata virum indumenta cruore
 Et casia tetigisset vbi, ad Proscenia carne
 Vescentes cocta, panes adhibete canistro
 Contentos; analecta, refert, vtriusq; crementur;
 Et faciles ad iussa Dei subeunda, dierum
 Hic septem tolerate moram, mortemq; caute.

III. MIRACVLVM.

Reuocato in concilium populo, spes videndae cœ-
 lestis gloriæ sit: inq; sacrificij vsum postulantur
 pecora. Quibus in medio constitutis, Aaron pri-
 mitias suas celebrat: & ijs peractis, fratrem in
 Sancta Sanctorum comitatur. Vnde redeuntibus, ac
 plebi benedicientib; Dei maiestas apparet. Ignis
 insuper Tabernaculo exiliens, sacrificium absument.

PAruerant: Ipsi; simul patribusq; vocatis,
 Octauum ducente diem Sole, incipit idem.
 Cornigera bos fronte minax, ariesq;, piaclum
 Ille stet in medio, hic holocaustum. Et vtroq; locato,
 Stent alij duo rursus, ait, sine labe, bidensq;,
 Et caper, & vitulus, penes & libamina quemq;,
 Omnipotentis honos, hodie quem nosse licebit.
 Stantibus & cunctis, vulgo quoq;, plura moratus,
 Pontificem Sacra bina monet, plebiq; sibiq;
 Instaret, geminaq; fauens prece numen adoret.
 Confestim ille adflare foco, vituloq; litato

L 4

ERRO-

Errores abolere suos, & sanguine, natis
 Suscepto, altaris respergere quattuor oras,
 Imaq;. Tunc adolere rogis adolenda, forisq;
 Urere comburenda. Dehinc holocausta ferire,
 Atq; cruore, suis excepto, tingere summum
 Circuitum: lota exta, pedes, caput, omnia caesim
 Membra superstruere, & flammis adolere coruscis.
 Post etiam proferre caprum, pro plebe piamen,
 Nec non libamenta, holocausta; simplice ritu,
 Lanigerumq; bouemq; modo anteriore litare;
 At pectus dextrumq; torum sibi sumere donum,
 Et populo bona vota, manu signante, precari.
 Primitijs, ad iussa Dei, sic ritè peractis,
 It frati in Secreta comes. Foribusq; reclusis,
 Vota retrahere: Dei cum gloria coram,
 Quanta stetit progressa caesis, stupefactaq; visu,
 Et supplex, non laude Dei sine, plebe reluxit:
 Atq; adytis effusa, holocausta adipemq; per aras
 Corrupti, quasi fulgur edens sata, flamma vorauit.

V. MIRACVLVM.

Duo filiorum Aaronis alienum ignem offerentes,
 horribili exeplo pereunt. Ea de causa patri & su-
 perstitibus, quomodo in administratione sacro-
 rum se gerere debeant, praescribitur, cum narra-
 tione, quæ animalium mensis adhibenda, quæ mi-
 nus. Huic leges de puerperis, de leprosis, de men-
 struosis, de capro emissario, de coniugij gradibus,
 deq; quibusdã ceremoniis lib. & politicis succedunt.

Sed Nadab Abiuq; furor, qui nescio, mouit.
 Iniussas (heu) ihura suis pctulanter acerris,
 Offenso

Offenso damnata Deo, congeffit vterq;
 In flammis. Niger ecce vapor penetrabilibus altis
 Exiliens, auideq; petens, elisit anhelos.
 Sortilego clamante: Deum deprendo, locutum:
 Allapsis mihi, sanctus ero, populoq; reuerendus:
 Et, tacito cum flere pudor terrorue parenti,
 Praecipiente: Sati Patrio Oziele, Misaël
 Elisaphanq;, agite, ite, adyti de limine functos
 Efferte extra castra. Mora sine, corpora iussi
 Extulerant, induta suis vt fortè iacebant
 Sindonibus. Patri verò, Eleasarq; Ithamarq;
 Fratribus, Amramides Senior solatia luctus
 Voce notabiliore parans, perrexit, &, absit,
 Inquit, vt aut nudare comas, aut pectora cultu
 Tentetis, ne fata, nihil vos tale merentes,
 In casus aliena trahant: diuinaq; gentem
 Inuoluat totam ira. Gemens, hoc igne dolorem
 Exaturet finite, illa: pedem nec vertite quòquam,
 Vt vobis sit vita super, sacro vngvine tuus.

His dictis mandata Deus sua iunxit: Aaron
 Tuq; tuiq;, adyto successuri, omnibus annis,
 Noueritis vitare merum, formidine mortis:
 Ut mundum immundumq;, sacrum simul atq; profa-
 Sobrietas dinosse queat, praescriptaq; Legis, (num
 Per Mosen repetita mea, docuisse docendos.

Mandantem, sic ipse subit: Libaminis omnes
 Reliquias, armumq; suo cum pectore, vobis
 Pulpamenta, locis tantum consumite sacris,
 Hinc nati & nata, inde pater. Nec dum ista locutus,
 Oblatum

Oblatum pro labe, oculis circumspicit hircum,
 Et tandem ambesum igne pauens, ex fratre nepotes
 Increpat hoc sermone duos: Quae parcere suasit
 Sacratæ mens laua, cibus? ita crimina vulgi
 Fertis? ita his sit vt ira minor diuina, rogatis?
 Addo, quod in Secreta nihil de sanguine latum,
 Quæ genius curandus erat. Data victima noxæ
 Est hodiè, contra infit Aron, holocaustaq; flammis;
 Et casus, quod tute vides, tulit: atq; duorum
 Funera natorum plangens, epularer? & ipsas
 Ambirem, subitis lacrymas dans manibus, aras?
 Fratre nihil reddente, Deus sic fitur vtriq;:
 Lex aliàs hæc esto dapum. Quod diuidit vngues,
 Omne animal, mansumq; cibum quod ruminat, or
 Vestra iuuet. Non vlla iuuet, quod ruminat, vngue
 Nec bifido, sub fasce gemens est quale camelus,
 Et lepus, & gaudens habitare cuniculus anoris,
 Porcus item, fisso quamuis pede ruminet escam
 Immundus. Nec edule, in aquis, nec tactile, pinnis
 Et squamis quodcumq; caret: Sed edule, quod illis
 Armatum est. Volucrū ista etiam sint nomina terra.
 Gryps, aquila, accipiter, nisus, cum vulture, ciris,
 Miluus, onocrotalus, coccyx, halcyon, hirundo,
 Cenchris, epops, coruus, gulo, pica, ciconia, cornix,
 Struthio, porphyrion, mergus, strix, noctua, bubo,
 Otis, olor, latus, ibis, erodius, icterus, & que
 Vespere, quo volitat, de sero dicitur, ales,
 Et quadrupes quæcumq;. Ferens, tangensue cadaver
 Tale, dies dum cedat, erit pollutus, & cina

Vesti-

Vestitus purgandus aqua. Sed nomina faxo,
 Quadrupedū licet, ac per humū sua mēbra rotantū,
 Aptæ cibo sint, crura quibus prælonga retrorsum,
 Attacus, bruchusq; ; ophiomachus, atq; locusta,
 Nec non his cognata. Ne fas ita, condier aluo,
 Reptilium hæc: Ichis, mygale, mustela, lacertus,
 Cacula, ventorum quæ bestia pascitur aura,
 Stellio, mus, bufo, scincus, crocodilus, echinus,
 Talpa, suum & cuiusq; genus. Quid? vasa quod horū
 Lignea contactu sædantur, & omne, lauandum,
 Fictile frangendum, noctem ducentibus astris.
 Ipsa etiam, quæ lauit, aqua, & cibus ipse, lauante
 Polluitur, potusq; : minus tamen vnda, scatebra,
 Et puteus, sementis item: maculatur at vda,
 Viscere tacta. Manu quisquis, vel dente laceffit
 Exanime, indumenta lauet sua, Sole cadente.
 Sit morsu violare nefas, quod pectore prono (multo.
 Verrit humum, quod & ipsa mouet pede corpora
 Sic sancto mihi sancta duci Gens esto Deoq;.

Facta grauis, puerumq; parens enixa, iacebit
 Septem aded non munda dies, dum menstrua soluat,
 Octauo recutitus erit puer, ipsaq; sacri
 Nil quicquam tactura, dies ter in ordine denos
 Tresq; puerperio dabit. Ast enixa puellam,
 Hebdomadas impura duas erit, atq; latebra
 Præscierit duplicare dies. Tunc ignibus agnus
 Anniculus sistetur ei, pullusq; columba,
 Aut turrur, qui tota piet delicta, Tabernæ
 Vestibulo: Sacrumq; mihi feret ista sacerdos

Paca-

Pacator. Si dura negat fortuna bidentem,
Tum poterit supplere vicem, sine lege, columba
Vel fœtus, turturæ, duplex is vterq;, cremandus
Alter, obumbrandis purgandæ lapsibus alter.

Pruritu cui fortè cutem carnemq; marisca,
Aut scabies cum pure notat variata, leprosum
Testificans, sistetur homo noscentis ad ora
Pontificis, vel natorum cuiuslibet huius.
Isq; pilos albere videns, carnemq; tumere
Præ vomicis, ipsam esse lepram censebit, & agrum
Secernet. Sin carne latet quis candor, & æquant
Signa cutem, suus estq; pilis color, abdet eundem;
Atq; iterum hoc, aurora redit dum septima terris.
Si patet, haud serpsisse malum, tantummodò sim-
Quòd scabies, mundabit eum, velamine loto: (plex
Mundiciæ si lepra redit, tum deniq; lepra est.
Radices ea agente, cutemq; albere vidente
Flamine, mutariq; pilos, atq; vlcere carnes
Viuentes extare, lues matura putetur,
Nec claustris prensanda. Cutem sic fusa per omnem,
A capite inde sub ima pedum, quæ manat in artus,
Mundicies candoris erit: sed lepra, ministro
Promineat si viua caro inspectante: Nitescit
Si rursus hac mutata, lepram non esse, liquebit.
Si restat, cedente malo, vel rufa cicatrix
Vel candens, extatq; cutis, lucente capillo,
Certa lepræ tunc signa patent: incerta, pilorum
Non vllò candore, nec excedente latentis
Peste cutem septem vsq; dies. Manifesta vicissim,
Si pars

Si pars, crudescente malo, syncera trahatur:
Nulla iterum, cohibente suis se finibus illo.

Ustus homo qua parte sui, ducente colorem
Candidulum, rubrumue, pilis quoq; pure notatis,
Et cute transabeunte luem, est leprosus. At horum
Si nihil, est sese abdat, opus; dum septimus orbi
Lucifer exoriatur; & augescente dolore,
Est aliquid. Conclusa suis sin pustula metis
Hæserit, in puro fuerit modò stigmatis index.

Vir papulis mulierue, caput barbæue perusti,
Carne minus superante cutem, & flauente vicissim
Nec non rarescente coma, excludentur. At intra
Claustra, nihil si tale, dies septem vsq; morentur,
Et tunc non crescente malo, radantur, ommissa
Illuue, latitentq; iterum, nec sordibus aucti
Interea, indumenta lauent, iam mundus vterq;
Immundus, recidente lue, & grassante, tametsi
Flauescente coma. Sed flauescente sub ipsam
Censuram, maculaq; procul fugiente, valebit.

Illius, istiusue cutis tentata colore
In puris lucente modum, non lepra putetur.
Nec mox lepra putanda, fluant si vertice frontis
Caluescente comæ. Sed si disiungat earum
Flammæ interualla color deserta, vel albus.
Ergo lepra quicumq; scatens, patiensq; recessum
Flaminis arbitrio, diducta veste, retecto
Vertice, velato ore, vagus se vocibus hiscet
Impurum raucis, soloq; latebit in antro.
Palla notis vitata lepra, seu lanea, siue

Linea.

Linea, pellicenusq; rubris albisq; , probetur
 Cenfori, septemq; dies claudatur, & istis
 Si serpsit qua parte malum, mittatur in ignes:
 Sin minus, ad quod lepra notat, mersetur in amne
 Praecipiat, solitosq; dies concludat, idemq;
 Expertus potest, igne cremet iam rasile. Quod si
 Uiderit arctatum esse vado purgante, reuellet
 A solido: auulsum, nec mutatum, ignibus vret.
 At verò stamen, subtegmen, & omne, secundò
 Ablutum, maculisq; carens, tunc deniq; mundum.

Sed facti quis ritus erit? Vestigia castris
 Efferet, occurrens mundato, & signa salutis
 Afficiens manifesta, dabit mandata sacerdos:
 Ligna cedri, hyssopumq; ferat, cum passere bino,
 Et coccum: Alterutrâq; auis, ac reliqua illa, necata
 In testa, ad torrentis aquam, alterutrius oborto,
 Ter spargens simul atq; quater salui ora, cruori
 Immerget, missamq; suas dissoluet in auras.

Atq; ita lustratus, tunicis & corpore loto,
 Castra quidem, sed tecta petat sua, septimus orbi
 Ut primùm Sol axe diem vehit. Hosq; refectis
 Ille comis, barbaq; , supercilijsq; , pilisq;
 Omnibus, ac lotis iterum cum corpore pannis,
 Octauo, sine labe duos, iam purior, agnos,
 Anniculamq; receptet ouem, libaminis offas
 Tres similes decimas, tintillas oleo, atq; lagenam
 Hoc plenam. Quæ cuncta, fores Scenæ ante, sacerdos,
 Me coram, delicta piens, sacrabit, & agnum,
 Quo flagrant holocausta loco, quo victima, cadet:

(Eius

(Eius enim est vtrumq; sacrum) tingetq; cruore
 Extremum auriculæ dextræ, dextraq; pedisq;
 Pollentem dextri digitum: Sic tinget oliuo,
 In laua stillante sua palmam (indice dextro
 Antè quater spargens me coram terq; , litatum)
 Illa eadem: irrorabit item caput eius eodem,
 Adijciens pro fonte preces. Factoq; piaculo,
 Far cum caso holocausto adolens, venerabitur aræ.

Pauperior, quàm q; ista queat præbere, det agnũ,
 Det decimam dilutam oleo, det pinguis oliui
 Metretam, gemino cum turture, siue columbæ
 Prole dupla. Sit & ista Sacrum pro labe, sit illa
 Igne mihi faciendus honos, octaua redibit
 Mundicia lux quando, modo quo scilicet antè.

Quæ verò, si lepra domum quam turpet inerrans,
 Cum, per me promissa diu, venietis ad arua,
 Purganda scribatur ei lex, quaritis? Index
 Ibit herus: Quasi lepra meas contaminat edes.
 Ac visum subiturus eas, paulò antè sacerdos,
 Seruandum à contagio, foras ferri omne, iubebit.
 Inde notans, documenta dari pallore, rubore,
 Parietibus non æqua, seram mox postibus addet:
 Ac luis incrementa videns, cum septima calo
 Lux aderit, scabiosa tenet quos lepra, reuelli,
 Et ferri in loca fæda globos, procul vrbe larisq;
 Abrasi circum scabiem; lateresq; iubebit
 Substitui cum calce nouo. Si deinde recurret
 Lepra, sacerdoti latè serpsisse notata,
 Deiecta rudus omne domus ad uicta feratur

Spur-

Spurcitia loca. Quiq; fuit dum clausa, subiuit,
 Ad serum pollutus erit. Quicunq; soporem,
 Siue cibos in ea carpsit, purgabit amictum.
 Non autem serpente malo, lustramina sedi (addet.
 (Quo ritu mundandum hominem modo diximus)
 Vir quoq; proiciens, carni quod semen adheret,
 Cum lecto, quo stertit, erit pollutus; & omnis
 Id tangens, residens in loco, quo sedit, amictum
 Et corpus purgabit aqua, cum sydera vesper
 Prima vocat. Purgabit item, qui membra, saliuam,
 Sagma, thorum, dextram, & fœdum tactu ipsius o-
 Attingerit. Frangatur, ei vas fictile tactum, (mie,
 Lignea, perfundantur aqua. Liberq; quietet
 Ipse dies septem, vestesq; lauabit in amne
 Et sese: octauoq; mihi duplex iue columbus
 Vel turtur statuetur, eo portante, sub ipsum
 Vestibulum. Quorum ille, popa per agente, piaculum.
 Hic holocaustum, hominem saluans à seminis ictu.
 Taliter emittit noctu qui semen, Olympus
 Dum vertit se, fœdus aquis & fœda lauentur
 Strata. Lauetur, ei iunxit quæ femina somnos.

Mensibus ægra suis, septem sit clausa diebus.
 Turpat enim quodcunq; premit, quodcunq; retra-
 Tantisper. Qui palpat eam, qui tangit ab illa (stat
 Contactum, maculatur, aquis cum veste lauandus:
 Eius & affecta substernens brachia collo,
 Hebdomaden pollutus erit cum deside strato.
 Longius est immunda, suum perpeffa fluorem
 Longius: immundum, quod contrectatue, premitte.
 Sanguis-

Sanguine stante, dies septem cessare, duosq;
 Turturis, aut niuea pullos afferre columba.
 Octauo purganda, sciet, quos more Sacerdos
 Assueto, diuersa litans mihi sacra parabit.
 Sic igitur curetis, amet mihi dedita plebes
 Mundiciem, metuatq; mea Sacra sedis,
 Sordibus immoritura suis nisi, ledere probro.
 Hinc Mosen sermone tenens, post fata nepotum
 Tristia: Dic, ne frater (ait) penetratia crebro
 Ima petat, nisi forte velit, sub imagine nubis
 Me presente, mori. Liquidis ubi fontibus artus
 Perluerit, niuea vestitus sindone, testus
 Anteriore stola, collectus in ilia baltheo,
 Uelatusq; caput mitra, mihi lacte iuuentum
 Fraudatum primo ducet, socio ariete, nec non
 Rursum alio, & gemino plenis ab ouilibus hircum.
 Hunc &, ad introitum, signarit sorte piaculum
 Non dubia; in loca sola humili prece miserit illum.
 Tum sibi vota suisq; cauens priuata, iuuentum
 Mactarit, victurus. Item carbonibus ara,
 Ac pugillari coslo replerit acerram,
 Velum intra late Sanctorum Sancta vaporans, (gès:
 Aduersamq; quater tripodem & ter sanguine spar-
 Atq; iterum id, populi feriens pro lapsibus hircum.
 Nemo adytis intersit, eo ingrediente precatum.
 Et referens ipse inde pedem, oraturus ad aram,
 Cornua per gyrum, vituli respergat & hirci
 Sanguine, placanda toties. Caput illius hirci
 Deinde premens vtraq; manu ferale, reumq;
 M Opro-

Opprobrij vulgaris agens, immittat eremo.
 Hoc facto, Scenam repetat, cinctum exuat, illic
 Ponendum, mergatur aquis & tegmine sueto
 Egrediens, holocausta sibi populoq; piandis
 Pura litet, noxaq; adipem succendat in ara.
 Qui verò in deserta caprum deduxit, amans
 Cum cultu lustratus aquis, in castra recurrat.
 Praestet idem, pro labe datos vitulumq; caprumq;
 Antè remollitis adytis vtriusq; cruore,
 Cum cute, pelle, fimo, piccos qui misit in ignes.

At crimen commune semel, redeunte quotannis,
 Septimus est qui, mense, dies bis quina rejoluet,
 Tam ciuis, quam fortè tua qui sederit vrbe
 Externi, numerantis eam meliore lapillo,
 Offensamq; errore meam meruisse, dolentis,
 Flamme pacatore, loco quem patris iunxit
 Chryma, cooptatumq; sacris stola linea velat.

Hec etiam metuenda tuis, sci: Castra vel extra,
 Aut intra, mihi colla bouis, capraeue, vel agni
 Ense secans, & danda negans in limine Scena
 Dona, manus in fata graues sua cactus habebit.
 Damonibus sacra ferre, fruiq; cruore, per aras
 Libando, cui lumen inest vitale, pianda
 Vestrae animae ob delicta, nefas enorme fatere
 Ciuibus hospitibusq;, sua de gente terendis.

Effusum à venante, ferae volucrisq; cruorem
 Terra bibat. Laniata feris, qui mergit in aluum,
 Seu vestras, aliusue, lauet cum corpore vestes
 Immundus, dum demit equis iuga Phœbus: Omitees
 Balnea,

Balnea, non impunè sinu peccata fouebit.

Non animos exempla Phari (quã linquitis) vlla
 Non Chanae (quò fertus iter) gentilia vestros
 Sic teneant, vt iura sequi peruersa velitis;
 Sed mea, donatura sui cultoribus auum.
 Quòd triplicis me sola penes custodia mundi est.

Nata, parès, amita, atq; nurus, matertera, socrus,
 Glos, sobrinus, auus, frater, germana, nouerca,
 Priuignus, gener, atq; leuir, patruusq;, neposq;
 Cognatum affinemq; thorum probro horreat omnia
 Incestare, suumq;, sui & cuiusq;, sorores
 Et thalamo miscere duas, & mensibus agram.
 Idolo dare sacra, suo de semine, Moloch
 Horreat, & puerile decus temerare pecusq;
 Concubitu (quia grande nefas) seu fœmina, seu vir:
 Ne vobis data terra, suis velut antè colonis,
 Talia, non toleranda mihi, sceleratius ausis,
 Infremat, eruelletq; hominum portenta nouorum.

Mandatis agite ergo meis nil maius habentes,
 Exemplo sancti este meo. Mea sabbata, spretis
 Idolis, laudate. Meam qua mitiget iram
 Hostia, mox iuuet ora, die quo caditur ipso,
 Atq; alio: dirum inde voret volo tertius igne.
 Arua metens, ne rade solum, ne rade racemos
 Falce putans, sine, grana vagus legat hospes, egensq;
 Me Dominumq; Deumq; time: Reuerere parentes.
 Non furto, non fraude noce, non ore bilingui.
 Non iura me teste loquax. Non vocibus insons,
 Non odio, non cade caput furialiter vrge.

Non differ mercedem operi. Non despice surdum.
 Non offende pedes cæci. Non ducere donis
 Arbitr, vt succumbat inops, locuplesq; triumphet.
 Non latare probi casu. Non limina pulta
 Mille saluator. Non vlli retia tende.
 Offensas dedisce tuas. Te sicut, amicum
 Dilige. Non brutum bruti in connubia solue.
 Diuersi. Diuersa solum non sparge per vnum
 Semina. Versicolore tegi non appete cultu.
 Serua, licet generosa domo, cui cognita furto,
 Verbera corruptorq; ferent, ariesq; pudoris
 Oblatus tollet, pacante Antistite, crimen.
 Latantes tellure data, virgultaq; terra
 Mandantes, quodcunq; ferunt, præputia tanquam
 Fæda relicturis, ingens tetigisse sit horror:
 Primitias mihi quarta dabit memorabilis æstas,
 Quinta cibos vobis: sed non in sanguine carnes.
 Omina non ludant vestros nec somnia sensus.
 Non gyro formate comas. Non ponite barbas.
 Lugentes signate cutem quoq; stigmatem nullo.
 Pignora vestra, nefas erit execrabile terra,
 Prostitui. Celebrare dies, mea sabbata, festos,
 Præcipuus mihi cultus erit. Vos nulla magorum
 Carmina, nulla arcana inuent. Reuerentia cano
 Sit capiti. Suus & sit honos alio orbe profecti,
 In vestra est quibus vrbe locus: quoniã hospita vo-
 Aegyptus fuit, vnde pedem comitante tulistis (bis
 Me solo. Præcepta mea hæc implete, nec vlna,
 Mensura, lancuq; dolo me temnite Numen.

BIBLIDOS

Liber septimus.

AT Vestrum quis fortè suo de semine Mo-
 loch (crumq;
 Dona ferens, impunè ferat? nomenq; sa-
 Incastet penetrare meum? Moriatur, oportet,
 Plebeio lapidum imbre, mihi execrandus, & ipsa
 Stirpe recidendus. Quid? conuiuente magistro
 Iuris, cum cum stirpe, suo & plausore, reuellam,
 Euellam, consueſſe Magis & Vatribus ausum;
 Exemplo sancti esse meo vt discatis, & vti
 His saltem, quæ mando, Deus. Qui probra parenti
 Iactarit: qui iura thori temerarit honesti:
 Tentarit qui vincla nurus, aut vincla nouerca,
 Dedecorans ita labe patrem: peccarit amore
 Quiq; viri, capitale nefas necesse penset vterq;
 Cum genero nataq; socrus mæchata, cremetur.
 Quem pecudis, quam raptat amor, det sanguine par-
 Dent mixti, germana suo cum fratre; det ipso (nas:
 Cum secum sociante thoros, quæ menstrua soluit:
 Det patris matrisq; soror, resoluta nepoti.
 Cum glote incastus, patruiq; vxore, penates
 Orbabit. Vos ergò ligent hæc iura, colonos
 Peiores ne terra suis eiecitet alumniis.
 Illa quidem scelerum antè capax, at flumina lactis
 Nunc stillans, & mellis opes, vacat hospita vobis,

Me pendente suisq; genus pellente nefandum (ras,
Sediibus. Immundum omne, trahit quod luminis au-
Ut mihi gens selecta, mei q; simillima sitis,
Parcite contrectare. Quibus furor entheus ignes
Afflat, agens rabida ora, domans & eorda premen-
Obtriti pereant saxi caput ossaq; , Vates. (do,

Interpres verò ista meus, sibi dicta, teneto :
Ne, nisi lugenda charorum in morte parentum,
Et fratris, nulliq; viro qua nupta, sororis,
Cuiusquam (dux ille licet populi) ager amictu
Squaleat, eradatue comam mentumq; , nec vllis
Membra notis signanda secet, mihi sanctus, vt ara
Cum dapibus sacra, liba ferat. Non ille vocari
Vir fœda meretricis amet, neq; fortè marito
Dimissa. Inficianda patri quo filia stupro,
Ardeat igne rogi. Summus quoq; , mando, Sacerdos,
Iure mihi, non sorte sacer, qui maximus inter
Germanos natu, vnguen olet, placandaq; tendit
Sacratas super astra manus, & tramate fulget
Sacrificio, nudare caput, conscindere vestes,
Busla, patris matrisq; licet, curare , pedemq;
Arcanis temerandum adytis efferre tremiscat :
Despecta vendente fidem, viduaq; , viroq;
Expulsa, & de plebe; sua de stirpe, marita
Gaudeat, ignorante viros. Hoc sanguine cretus,
Seu claudus, seu lucis inops, seu naris hiulca,
Seu fracti pedis atq; manus, seu ramice rupto,
Seu gibbus, lippusue, tuens seu glauca, fluente
Seu scabie, aut quacumq; cutis prurigine fœdus,
vel

Vel mutilus qua parte sui, libamina nulla,
Nulla meis dabit exta focis summotus, at extra
Vela, tenens se lege, sacro (sino) pane fruetur.

Sic epulis mihi turba datis vesci herreat: horrens
Id minus, exitio ausa suo luet. Horreat, ipso
Quantumuis Aarone satus, quem lepra, flucnsq;
Semen agit, dum sospes erit. Qui tangit & istum,
Et functi tactu immundum, vel reptilis, omnis
Deniq; non puri, mundus minus ipse cadentem
Ad solem lustretur aquis, licitisq; fruatur
Inde cibus: sed nemo, alio satus orbe, nec vllus
Conductus, nec tecta eadem cum Flamine seruans.
Vescetur tamen emptus ei, & vernaculus omnis.

Plebeio quoq; nupta viro, nisi fœdere tæda
Abrupto, nisi prole carens, nisi frigida lecto
In viduo, patriq; redux, vt virgo, palato
Primitias & sancta dabit. Quibus aduena casu
Pastus, ei quod adedit adhuc quintam hospita partem
Dona Sacerdoti simul & penetralibus, ipsi
Placanda, ne facta luat sua nescius, addet.
Isq; alias, ciuisq; , vouens aut exta, vel vltro (ius,
Dans mihi, det, poueatq; marem gregis huius, & e-
Sed nauo sine, lacte dies septem vberè fotum;
Sed sine matre. Mihi sit vt acceptissima, totam
Este dapem, quo cæsa die est; vt numen honore
Ritè colar, quem posco Phari de carcere ductos.

Sex redeat de more dies labor ælius in orbem:
Inde quies sacranda mihi. Solemnia verò
Festa, prius mandata, meum sint Pascha: sit inde

Ordine continuo lux quinquagesima : tandem
Scenarum, celebranda quibus monstrauiamus olim
Ritibus, & memores genialis ad vsq; nepotes.

Vix ierat Moses arrectas plebis ad aures
Nuncius, vt mandata dari noua calitus audit:
Pallas inextincti ignis agas cumuletur in vsus
Lucida, quam succendat Aron in Fœderis Umbra,
Me coram assidue, astra poli vel Sole fugante,
Vel refugis præbente locum. Cum thure Sabæo
Sex hinc, sex illinc panes statuantur in ara,
Liba mihi, famulisq; cibus, per quaq; nouandus
Sabbata. Sub vocē ecce virum, cui mater Hebræa,
Nata Dabri, de stirpe Dana, Salomitha, paterq;
Pellæus, per castra minis alterna mouentem
Iurgia Ephrataeo, atq; polo simul impia, vulgus
Audijt, & Deus ipse; iubens, vt carcere clausum
Ambigui qua pœna domet dignissima, castris
Eijcerent, testesq; rei caput indice dextra
Pressarent, missisq; dehinc plebecula saxis
Obrueret. Lex ista Deum violantibus ore
Ciuium hospitibusq; foret. Moreretur & omnis
Humana qui cæde nocens: qui sanguine bruti,
Pensaret par ille pari: & sua quenq; maneret
Talio. Nec mora, saxa rei rubuere cruore.

Hinc Moses in monte Deus quoq; talibus implet:
Quando, tibi quæ dono, nouis letabere regnis,
Sabbata da mihi festa. Solum cole, consere vitem,
Et fructus vtriusq; puta, sex messibus. Anno
Succedente quiescat humus, latura ministro,

Conducto

Conducto, externoq; cibos, & pabula brutis.
Sole etiam volente decem quinquennia, pacem
Communem terræ esse iube, iube & omnis auitis
Sidat agris, generisq; gradu. Crescentia passim
Sponte sua, sine carpat egens. Empture quid agri,
Aut precio extrusure, memor fidei, ordine retrò
Dinumeres annos frugesq;: Frequentibus aurum
Accrescat, decrescat idem breuioribus illis,
Iuris amore, meiq; metu, quò credita cultus
Tranquillo tibi reddat ager, cum sanore magno.

Si, quid sis esurus, ais, neq; fortibus arua
Bobus arans, neq; falce metens, vbi septimus annus
Assuerit: tellure trium nascentia sextam
Æstatum supplere dabo, satiaberis vnde
Ostiana nonaq; nouo dum copia cornu
Ad plenum tibi fundat opes. Neq; terra perennem,
Namq; mea est, vobisq; meis indulta colonis,
Sub titulum venalis eat. Sit libera semper
Conditione sua, & tenui redimenda propinquo,
Mutua seu det is ara tibi, seu propria, fructum
Ex illo pensans quo tempore vendidit, aruo
Ad dominum redeunte suum. Sin prorsus egenus,
Nequaquam, quod reddat, habet, possessor habebis
Empta, reuoluatur dum quinquagesimus annus.
Sit ratio diuersa domus, quæ venditur intra
Mœnia: Ni precio illa suo, dum labitur annus,
Laxatur, propria eius erit, qui seruat, in auum.
Villa, suburbanusq; sui lar iuris, agrestis
Scilicet, extiterit: Precio non antè redemptus,
Ad vete-

Ad veterem tamen ibit herum, cum Iubila tempus
 Exaltum sperata feret. Sic tella per vrbes
 Leuita quæ priua tenent, redimi omnibus annis
 Fas erit: atq; redempta minus, redimentur in anno
 Latifco tanâem. Sed nulla suburbia prorsus
 Illorum venire licet, quia propria semper.

Da citra vsuram tenui inualidoq; , petenti
 Mutua ; meq; verere Deum, tibi Memphis ab oris
 Inde ducē ad Chanaa arua. Datum, quod cogat ege-
 Mancipio, non vsq; operis seruilibus vrge : (Itas.
 Sit, mercede velut sudans, vel fossor, ad anni
 Iubila designata, manu mittendus, & agris
 Pignore cum famulante mihi, rediturus auitis.
 Gens circum sit serua tibi, sit & aduena, tecum
 Sole fruens communi, & eo natum omne. Sit autem
 Liber, habes quemcunq; tua de gente. Potenti
 Externo si forsan inops succumbat Hebraus,
 Seruitijs, quocunq; etiam redimente suorum,
 Exeat. At verò ipse sibi redimendus, eorum
 Expendat mercede dies & Iubila : Plures
 Si fuerint, precium aquet eos ; si deniq; pauci,
 Mercedis ratione minus numeretur. At horum
 Neutro libertus pacto, cum prole sit, anno
 Latifco, non semper aquam libiturus herilem.

Me mundi rectore, deos ne sculpe colendos.
 Ritè meos venerare dies. Mea iussa trementi,
 Imbribus lumentata feret pro tempore fructus
 Terra suos, sua poma : Labris vindemia spumans
 Excipiet sementis opus, te finibus auum

Paca-

Pacatis ducente, famem ignorante metumq; ,
 Ac tutis stertente thoris. Non vlla creabit
 Monstra solum, non arma: Mouens ea, quinq; tuorū
 Terga dabit centena, tenax formidinis, hostis,
 Et decies millena tuis centum, ore cruento
 Ipse suam morsurus humum. Me celsa fauente,
 Et paculum firmante, caput super astra leuabis
 Auctus. Edes antiqua, nouis ditatus, omittes.
 In medio residebo tui, Deus ille, catenis
 Qui Pharijs feci atq; iugis exire solutum.

At parere mihi indocilem, emendabo periclia.
 Tabescas ardore, fame lacerabere, messes
 Hoste tuas carpente, dabis cui terga, cadesq; ,
 Atq; nouo subigere iugo. Si damna mouebunt
 Te nondum ista, instare tuis dabo septupla noxis,
 Et fastus cohibebo tuos. En ferreus æther
 Solstitijs exuret agros humoris egentes :
 Eludet tua vota seges : Pro gramme spinas
 Gignet humus : Non poma feret, quæ debuit, arbor :
 Arua fera calcata metent, hominumq; cruore
 Ac pecudum rabida ora lauent. Vbi desinet ensis
 Ultor, ibi grassata læs exhaustiet vrbes :
 Aut coget maleuada fames, pinsentibus vni
 Inferri bis quinq; foco, tradiq; palato,
 Lancis ad examen panes, rabie intus edendi
 Per fauces regnante tamen : dapis ardor hiantem
 In natos te donec agat, feriatq; ruina,
 Cum lucis cultisq; dijs, eadem. Oppida flammis
 In cineres sident collapsa, adytisq; relictis,

Sorde-

Sordebit mihi cunctus odor. Longum ipsa stupebit
Terra situm, & iam certa, prius sibi sapè negata,
Sabbata. Non sua, rura colens, mirabitur hostis,
Te toto extorrem orbe, domi seu fortè relictum,
Terreri quauis aura, folijq; cadentis
Stridorem horrere, atq; fugam tentare, sequente
Nemine, disperdiq; locis vbicunq;, luentem
Maiorumq; tuumq; scelus: dum sanior olim
Agnoscas vrrunq; mali causam omnis, & optes
Præceptis cessisse meis; reminiscar & ipse
Iacobo promissa meo, & patri huius, auoq; ;
Ne pereas, iactère vagus licet omnibus oris.

Has inissa excepère minas noua. Quisquis Hebra
Obligat ipse suum votis caput, ære rependat: (us
Ad sexaginta vsq;, decem bis masculus annos
Egressus, quinquagenos iusto ordine siclos,
Fæmina ter denos. A quinto masculus anno,
Ad quinq; vsq; quater, videnos, fæmina denos.
A mense vno ad quinq; hyemes, vt pusio quinos,
Fæmina sic ternos. Sexagenarius autem,
Quindenos, & maior eo; sed fæmina denos.
Vota minor præstare, popæ digna ancillo stabit. *ba*

Vota, meis & digna focis, pecus hostia, sacrum
Esto: malum meliore, bonum peiore nec illud
Permutato: Mihi mutatum cedat vrrunq;. *qo*
Digna minùs, promissa licet mihi victima, stabit
Flaminis arbitrio; preciumq; daturus, ad aram
Augebit partem quintam. Sic Flaminis ades
Proslabunt nutu: precia &, qui vouit eadèdem,

Dicta

Dicta soluturus, quintam superaddito partem.

Mensura sementis agrum perpendit votum,
Si modios capit ille decem ter, pensio sicti
Sint quinquageni: Votus quo digeris anno
Iubila, quo valet, ære rato censetor. At inde
Votiuus, reliquis ad proxima iubila dignè
Messibus equiparetur: Eum & qui vouit, is olim
Ipse redempturus, precio partem addito quintam.
Nolenti, pòst iuris erit nil. Iubila namq;
Festa vebens mihi sacrat eum lux, atq; ministris.
Emptus ager, sanctusq; minùs maioribus, annos
Equabit: Cognoscet herum veterem inde redem-
Sicti, qui viginti obulos habet, auctio quæuis (ptus.
Pondere sacrati fiat. Mihi debita, matris
Sarcina prima suæ, bos illa, vel agna, voueri
Nulla potest. Immundum animans, qui vouit, is ipse
Aut redimat, precium quinta cum parte rependens,
Aut vendat. Sacrū omne Deo, sit homo illud, agerue,
Aut brutum, venire nequit, redimiue. Sacratum
Quod semel est, sanctū esto; nec id, nisi morte, piādū.

Pomorū & frugū decimas mihi vendico; qntam
Adde redempturus partem. Decima agna, capella,
Bosq;, tremens agreste pedum, sit sacra, nec vllò
Mutetur: Mutata, mihi sint vtraq; sancta,
Nec precio redimenda. Tuis hac dicta memento.
Ille memor, mandata tulit mox plebis ad aures.

Finibus hac egressa Phari, cessauerat annum
Per Sinai loca senta sisu: mensemq; secundum
Prima dies veclabat; vbi vox talis, vrrunq;

Amra-

Amramiden clamore cicens, prorupit ab Umbra
 Fa deris : Omne, quod arma potest portare, virorū
 Bis denos egressum annos, secernite vulgus,
 Perq; tribus lustrate. Sua Dux cuiq; propinquus ;
 Elizur, de gente Ruben, Sedeure creatus :
 Surrizaddai soboles, Simeonis origo,
 Salamiel : proles Aminadabaa, Nahasson,
 Stirpis Iudææ : Isacharæ, genitore Suare,
 Nathanaël : Helon & Zabulo sanguinis ortum
 Cui dedit, hic auus, ille parens, animosus Eliab :
 Ephraim de gente ferox Elisama, patre
 Ammiud : Phadasseur patre, stirpe Manasse,
 Gamaliel : magno Gedeone creatus Abidan,
 Beniaminisq; nepos : & Dani Abiezer, alumnus
 Ammixaddai : Phegiel, Ochrana propago,
 Huic Aser iactatur auus : cui stemmatis autor
 Gad, genitorq; Duel, Elisaph : fortis Abira,
 Nephthalides, generator ei fortissimus Enan.
 Iamq; cohors sua cuiq; subit, pugnaq; calentis
 Signa ciet. Quadraginta sex millia primus
 Quingentosq; virūm ductor rapit : Inde secundus
 Millia quinquaginta nouem trahit, atq; trecentos :
 Septuaginta sequens & quattuor ille suorum
 Millia, sexcentosq; mouet : Mouet agmine pulcro
 Millia quinquaginta ferox & quattuor iste
 Cum quadringentis : Hic millia quinquaginta
 Et septem, centumq; viros quater : Inde sequuntur
 Millia quadraginta alio ducente, viriq;
 Quingenti : Rursumq; alio triginta, duoq;

Millia,

Millia, bis centumq; : Tribus quem millibus antè
 Ibat, agens lectam bello pubem, atq; ducentis
 Proximus : Hinc decies sex & bis mille, Phalangia
 Unius armisonos, septingentosq; videres :
 Alterius verò quingentos, mille, quaterq;
 Et decies, itidemq; semel : Post millia quinq;
 Atq; quater decies, sexcentos, ordine iusto,
 Ac quinquaginta : Quos cornu claudit euntes
 Extremum, quinquaginta tria millia nempe
 Et quadringenti. Legio cunei omnis in armis,
 Sexcentena (stupenda fides) & terna virorum
 Millia, quingenti, quinquaginta, absq; Leuitis ;
 Cura quibus, solū ritus & sacra lueri,
 Et, quando quò fertur iter, vel Vela mouere
 Ac gestare humeris, vel rursus ponere, quando
 Subsistunt quo castra loco ; circumq; sedere
 Haud vlli tangenda alij, nisi fortè necando,
 Per turmas statuente suas tentoria plebe,
 Perq; domos discreta. Aciem strictā ante, Nahasson
 Nathanaëlq; Duces ibant, & fortis Eliab,
 Quisq; suos, ac signa regens sua, Solis ad ortus.
 Proximus Elizur turmas glomerabat ad Austrum,
 Salamiel, atq; Elisaph. Medio agmine fertur,
 Nunc figens, nunc fixa mouens Conopea, Lcui
 Gens, reliquis distincta. Suis Elisama deinde
 Rector, ad occasus, cum Gamaliele, & Abida
 Vertebatur alacris. Eum, postrema ferentes
 Signa, Abiezer, atrox Phegiel, & notus Abira
 Marte, Lycaoniam confectabantur ad Arcton.

Sed

Sed quia Pontificis summi duo pignora, Nadab
Atq; Abiu, sine prole, ferunt dum falsa per aras
Thura Deo, occiderant, flammis caelestibus vsi,
Ius natu vocat equa duos ad Sacra minores,
Hisq; tribum Leui famulam dicat. Ipse peculi
Quippe loco sibi sacrat eam Deus arbiter, ante
Primitias omnes hominum pecudumq;, tremenda
Inde à clade Phari: Iubet ipse, recenseat illam
Corniger. Etce Leui natorum nomina, Gerson,
Et Caath, & Merari. Quorum Lebni ille creauit,
Ac Semei. Alterius proles numerosior, Amram,
Iessaar, & Chebron, quartusq; beatus Osiel.
Hic genuit Moholi & Musi. Gersonis ab vno
Sanguine se gens bina scidit, Lebaitica prima,
Altera dicta suis Semenica, cuius ab vno
Mense & supra vtriusq;, cohors ad millia septem
Quingentos, sexus melioris, vt vltima Scena
Seruarent, ipsamq; sua statione tenerent,
Nec non tecta, & vela, scyphos, vasa omnia, funes
Curarent, ritusq; foci, sub principe certo
Heliasaph, qui patre Laël satus. Ordo secundus
Qui quadruplex de patre Caath, cum millibus octo
Tercentum, dextra excubias penetrans agendo,
Helisaphan ducente, parens cui clarus Osiel,
Candelabrum, Arcam, tripodem, vasa eius, & aram
Velaq; seruauit, summo Eleasare magistro.
At cum Musitis Moholite, millia sena
Vis centum, tabulas, vestes, scaposaq;, basesq;,
Pax illos, & vincla gerent, Zurielis alumnus

Dux

Dux quibus Abiaël. Scenam verò ante, caterua
In medio, Amramida gemini cum prole sedebunt.
Quis miscens se, fata sibi properabit acerba.

Primaus etiam numero quoscumq; gregatim
Comprendi iubet ipse, Leui sine pignore, mensem
Egressos, supraq;: Virum en bis decna, duoq;
Millia, centenos bis, septuaginta videre
Tresq; fuit; Mosisq; simul vox perculit aures:
Pra cunctis, secerne Leui genus, idq; peculi, (istud
Cum pecudum genere, instar erit mihi. Summa sed
Excedens, per quodq; caput, plebeia, sacrorum
Quinq; siclis pendetur, & hos precium vnus habebit
Cum natis Aaron, te sollicitante viritim,
Mille trecentorum sexagintaq; siclorum (cerdos.
Et quinq;. Haud mora, iussa valent, capit ara Sa-
Ipse genus rursu omne Caath numeretur, ab annis
Triginta, & super, vsq; ad quinquaginta, ministrum
Foederis in Scena, vrget. Erunt vbi castra mouenda,
Ingressi penetrare Aaron natiq;, soluto
A foribus velo inuoluent Arcam, atq; supernè
Pellibus insternent, hyacinthi tegmine tandem
Obducent, ponentq; sudes. Mensa inde, videndæ
Panibus assidue appositis, hyacinthina sternent
Pallia, miscbuntq; scyphos, mortaria, acerras,
Coccineumq; super tegimen, quod ianthina pellis
Deprimet, accubituq; sudes. Hyacinthina posthinc
Vasa tegent olei, candelabrum, atq; lucerna, (bris
Et factum bis ferrum omne bidens: Id ianthina ne-
Desuper, & vestes. Sic aurea vestibus ara

N

Oeba-

Oebalijs, viola tinctis & pellibus, atq;
 Vestibus inducetur. Ita & cinere ara secunda
 Extergetur: Eamq; suis velamen acanthi
 Cum vasis, focolis, batulisq;, tridentibus, vncis,
 Forcipibusq; teget. Tum demum intrabit, & omne
 Quicquid id est, humeris, non tactile, turba subibit
 Baiula, quod sit salua, sub Eleasare magistro:
 Cuius opus, lychnos, oleum, sacra, thius, & amomū,
 Vasaq; procurare adyti, ne fortè quid horum
 Aut Caath, aut quicumq; luat discrimine vita
 Ardelio tactum: Ista eadem Gersonis alumnis
 Esto recensendis ratio, & lex: Ferre tapetas,
 Prætextam, tectum, velamen ianthinum, & ara
 Vincula, cum vasis. Ipsos, Merariq; nepotes,
 Antè recensitos, Ithamar moderabitur, vrgens
 Cum basibus vestes, tabulas portare, columnas
 Fœderis atq; soli circum, retinacula, clauos.

Mox numerus, mox ordo suus fuit omnibus o-
 Per proavos. De stirpe Caath bis mille virorū, (mnes
 Et septingenti quinquaginta. Inde nepotum
 Gersonis, cum sexcentis duo millia, deni
 Ter. Merari extremum generis, ter mille, ducenti.
 Quingenti octoginta viri cum millibus octo.

Mandatis autem reliquis nec defuit istud:
 Infecti lepra, sexus vtriusq; fluentes
 Semine; polluti contacto funere; castris
 Saluandis à labe, statim eycerentur vt omnes.
 Eiectisq;, instare Deus porrò. Omnis ob aufa
 Tristitia, vir mulierq;, nocens, peccasse fatetur,

Et de-

Et delicta piato, modo quo debet, eiq;
 Offensum quem fortè timet, quintā addito partem.
 Si nemo, cui pendat, erit, mihi pensio cedit
 Atq; sacerdoti; excepto tamen arietè, culpam
 Hostia qui tollit: Data iam mihi dona ministris
 Primitiasq; redono meis. Mæchata, sed absq;
 Teste, vel insimulata stupri, sistente marito
 Ante sacerdotem steterit sons vxor, & insons.
 Is sacras, imiq; adyti quo puluere sparsas,
 Et voce execrante sui damnantis amaras,
 Fictilibus prætendet aquas, & stantis aperto
 Vertice, me spectante, manus onerabit, oliuo
 Sed sine, sed sine thure, mola decima, atq; trementē
 Adiurans, hæc dira canet: Non vlla, marito
 Fida tuo, iunxisti alij si gaudia, roris
 Nulla etiam vis huius erit. Sin mæcha, tulisti
 Externum complexa, caput vindicta fatiget
 Ista tuum: Maledicta, tuis habere pudoris
 Exemplum lasi, atq; femur tibi molle putrescat,
 Et pota hac, tibi venter aqua rumpatur acerba.
 Ac geminans ea, subdet, Amen. Tū probra Sacerdos
 Scripta libro, bis inducet aquis, & pocula tradet.
 Quis hausiss, sublata mole salsa hordea carpens
 Me coram idem, altare super volucris igne pugillum
 Vret. At illa bibens, & turpis conscia furti,
 Ultricem experietur aquam, fluidoq; tumescet
 Ventre, nocens putrescilla femur, lacrymabile genti
 Exemplū opprobriumq; sua, & sibi causa malorū.
 Integra, mater erit, cuncti securi pericli.

N 2

Vir

Vir mihi se voto sacrans, aut femina, vinum,
 Ac vini, alterius vel sorbitionis, acetum,
 Et quicquid parat haustum animos, acuitq; furores,
 Non bibet: Vuam etiam siccam, passã, atq; recẽtem
 Non edet, aut acinum. Dum reddat vota, capillum
 Intonsum, mihi sanctus, alet: Non atra parentum,
 Non germanarum, non fratrum funera ducet.
 Morte profanati subita, subitoq; piandi
 Deformet tonsura comas, iterumq; redibit
 Septima lux quando; Geminoq; octaua colatur
 Turture, vestibuli in foribus, pullouẽ columba
 Duplice, sit quorũ hic holocaustum, atq; ille piaculum;
 Non agnum citra anniculum, purgamina noxa,
 In nihilum voto redeunte huc vsq;. Diebus
 At voti expletis, reus illius adsit eodem,
 Dona ferens consueta mihi. Quã sumpta Sacerdos,
 Agnam & ouem, anniculas, macula sine, lapsibus
 Delendis, holocaustum illam, quiq; hostia fiat (istam
 Lanigerum, & lagana vnctã oleo, panesq; canistri
 Azyma conspersos oleo, & libamina ponet
 Me coram, de more, sua vtorumq; capillum
 Pacifico rasum igne tremans. Cocto arietis armo,
 Et lagano torta; vnã, per mutua, tonsi
 Deinde manus onerabit, & exonerabit, olympo
 Sancta leuans, sua iamq; velut pectusq; femurq;,
 Sic vini impune potest abstemius vti.

Ditturus benẽ plebi Aaron natiq;, precantor:
 Te foueat, faueatq; tibi; te lumine spectet
 Manueto, indoleatq; tibi; tibi ritẽ vocatus

Annuat

Annuat, & te pace tegat Deus. Atq; fauebo
 His votis, & mole meos cumulabo bonorum.

Scena igitur surgentis opus sacrauit, & vnxit
 Cum vasis araq; , Dei qui nobile iussu
 Struxerat, Amramides. Et munera, bobus opimis
 Cum bis sex, sex plaustra Duces, maiora daturi,
 Plaustriũ vnũ duo, quisq; bouẽ, applicuere, Taberna
 Vsibus. Ac duo plaustra, suis cum bobus, alumni
 Gersonis cepere: aliud tulit omne nepotum
 Gens Merari; cum sancta Caath ceruice subiret
 Pondera. Dent, iubet, ergo Duces alterna diebus,
 Omnipotens. Simul ecce die data steterẽ
 Quolibet, argento patera, & phiala, illa siclorum
 Centum trigintaq;: hæc septuaginta, referta
 Ambã oleo sparsa simila, in libaminis vsu.
 Dein auri mortariolum, suffimine plenum,
 Siclorum bis quinq; aries, bos lectus, & agnus
 Anniculus, flammis holocaustum, hircusq; piamen;
 Et pacale sacrum, tauri duo, laniger, hircus,
 Agnus & anniculus, quini communiter isti.

Hæc Aram dona, hiq; greges cinxere recentem.
 Ac Moses arcana petens & fata, loquentis
 Cortina reddente, Dei responsa notabat.
 Ista etiam: Ponente Aaron spectantia mensam
 Lumina, candelabrum Australem vergat ad orã,
 Auro illud solidum. Purgandi deinde Leuitas,
 Sit ritus: Spargantur aquis lustralibus, artus
 Eradant vbicunq;, lauent velamina, taurum
 Et respersam oleo similam, libum ipsius, ara

N 3

Nec

Nec taurum pro labe minus tu, plebe vocata
In cætum, admoucant, me coram; & tangat eorum
Turba comas, hi colla botum: quorum ille placum,
Iste hobocaustum; ipsi verò mihi munus, ab omni
Plebe, ministerio delecti, Aarone litante.

Actutum qui iussa parans, secreuit, & vnda
Conspersus, sacrauit eos, ad sacra legendos
Tantisper, dum dena sua quinquennia vitæ,
Annos egressi viginti quinq;, replerent.
Emeritiq; deinde, suis ad iussa sederent.

I. MIRACVLVM.

Haecenus legibus nunc Ceremonialibus, nunc Fo-
rensis promiscuè traditis, & delectu populi ha-
bito, Leuitis etiam recensitis, Aræq; oblati-
muneribus, secundum Pascha celebratur. Nu-
bes interdiu, ignis noctu Tabernaculum operit, si-
gnumq; datur castris mouendis. Quæ post tridui
iter in deserto Pharan subsistunt. Vbi Moles co-
gnatum ad terras promissionis exorat comitem.

Bis septena dies instabat Mensis, eaq; (bat.
Phase suum, velut antè, Deus celebrare mone-
Quo cum se quidam exclusos quererentur, ob vnum
Contactum ex animis, dubio Mosi arbiter eius
Reddidit hac consulta Deus: Super aethere cassis
Immundo, & peregrina, suis procul; arua tenenti,
Hoc festo gaudere die, fas cui libet esto.
Pascha sacrum securus agens, edat azyma, missis
Lactucis: Nihil inde super sit manè, nec vllum

Illius

Illius os truncasse iuuet. Sed mundus, iterq;
Non faciens, neq; Phase colens, neq; debita nobis
Dona ferens, de gente sua extirpabitur omnis.
Seruet idem solenne, pari ritu, aduena vobis.

Scena suo tunc stare loco vix ceperat: Ecce
Alternis se fulua die demittere nubes
Desuper, & de nocte globus splendentior igni.
Nubis & ablata caligine, castra mouebant
Gens lata Israël, ea redeunte, locabant.
Ad nutum directa Dei, breuiusue, diuè.

Iusserat ille: Duos modico curuamine Moses
Duceret argento lituos, quibus agmen acutis
Exitum, instauraret iter. Tum signa vocarent
Prima duces patresq;. Sonus concisus, & idem
Longior, anteriorem aciem statione moueret,
Ac dextram clangore pari signoq; secundus,
Tertius & quartus reliquas. Modò turba coiret
Simplice concentu; nec quis, quàm iure perenni
Pontificis nati, vacuas perstringeret aures:
Felicis quoq; grande daret caua buccina pugna
Auspicium, aggereretq; epulis festisq; calendis,
Presentem testata Deum, memoremq; suorum.

Sextus adhuc his ritè dies successerat actis,
Cum nubes sublata, viam patefecit ituris:
Et legio duce freta suo se quæq; mouebat;
Auulsamq; loco Scenam Gersonis alumni
Et Merari, iam leti operum, ceruice gerebant,
Atq; adyti penetrabile Caath, quo quemq; decebat
Ordine: Dum deserta Pharan patinère, comesq;

N 4

Ipsè

Ipse fatigatum nimbus flans siseret agmen.

*Hic proles Raguelis Hobab, Madianus, & idem
Cognatus Mosi, promissa petentibus arua
Ne nollet conferre gradus, oratur. At ille
Natalis reuocante soli excusctur amore.*

*Diluit Amramides : Has te comitante per oras,
Castrorumq; docente situm, securiis imus :
Stas quid, opum terraq; data pars magna futurus?*

*Tres Sinai de monte dies iter istud, & Arca
Præua, transmisere. Loco qua quando mouenda,
Legifer obtestatus : .ge ô, exurge, tibiq;
Aduersos disperge, Deus : qua quando locanda,
Ad populum ingrediaris (ait) tua castra, Iacobi.*

II. MIRACVLVM.

Ob plebis aduersus Deum murmur, castrorum ex-
tremitas cœlesti igne aduritur, restincto tamen
precibus Mosi. Verùm illa contumax, Mannæ
fastidio, carniū tangitur desiderio. Qua de cau-
sa Dominus Molesq; , ei vt satisfiat, consultant.
Promittuntur carnes, & dantur, ad nauicam vsq; ,
imò grauissimam delicatorum perniciem. Cùm
interim Mosi quoq; in administranda faciliùs re-
pub. addantur collegæ, non citra prodigium.

Hæc inter, tanquam nimium cernice rebelli
petrectantis onus, vulgi furor astra lacessit
Conquestu, fremituq; Dei subitam asperat iram.
Quippe polo reboante, cauis è nubibus ignis
Exiliens, & castra petens extrema cremauit.
Insinuat tremefacta pavor per pectora cunctis,

Et Mo-



*Et Moses vox vna. Minis quo supplice tantis,
Restinctus vapor. Atq; loco est Incensio nomen.
Nec tamen ostentum scelerata murmura plebis
Edomuit. Sedet illa, nouis ingrata querelis
Astra vocans, ploransq; : Meam quis carne repleret
Ingluuiem? quis pisce, dedit quem Nilus abundè
Et gratis? Me cape, pepon, porrum, allia, bulbus,
Me cucumis inuat. Ista meo magnum esca tumultu
Fert stomacho, tabemq; parit. Man illud, Eoo
Castra super cum rore cadens. Hoc vndiq; leuam,
Distillo saxoq; terens, nunc are coquebat,
Nunc celerem, subigente manu, formabat in orbem
Plebs, tunc sibi visa olei gustare saporem.*

Mouerunt ea probra Deum. Cui motus & ipse

N 5

Amra-

Amramides : Quid, dure, meos (ait) vsq; labores
 Exerces, istudq; caput non mollibus vrges
 Imperijs, ac gentis onus tanta inijsis vni?
 Ecquid eam suscepi vtero, genuiuè? fouendam
 Ut mandes, propiore sinu ceu fortiùs altrix
 Infantem complexa tenet, promissaq; priscis (rendã.
 Patribus ad (qua tandem ea sunt, dubito) arua fe-
 Hac carnes me possit. Eas dedero vnde voraci?
 Haud tulero magè solus onus tam grande. Secundo
 Aut aliquo regnare inbe, aut iam cladibus istis
 Adde modũ, mortiq; datum me mitte sub vmbra.

Occupat hæc questum cali rex talibus : Astens
 Fac tecum populi proceres in limine Scena
 Septuaginta. Mea tunc lapsus ab arce, loquensq;
 Ore tibi, ne cura premat te publica, mentis
 Participes faciam esse tua, officijq;. Sed ipsi
 Dic populo : Lustreris, erit quia copia carnis
 Optanti cras certa tibi, tribuente Iehoua,
 Haud vno (mihî crede) die, sed mense, regeßam
 Dum reddant cum sorde nates, non tedia citra,
 Ne lachrymans impunè Phari videre dolore
 Deserta, risisse Deum, periturus in oris
 (Scilicet) incultis. Mensẽ sexcenta virorum
 Millia continuo carnis saturaueris esu?
 Ille refert stupefactus : Iis aut debita cæsi
 Armentiq; gregiãq; cadent alimenta? cibionè
 Aequoreum genus omne vadum cogetur in vnum?
 Tu verò vim rere mei cecidisse lacerti?
 Omnipotens ait. Ecce fide probò dicta. Simulq;

ANTH. III

Ipsò

Ipsò humiles sistente patres, descendit, & ore
 Intonuit, Mosisq; aliquid de numine demptum
 Addidit his. Qui mente Deum trepidante receptum
 Testati, ex templo fatorum arcana mouebant.

Fortè duo, quorum inter eos quoq; nomina, sensò
 Ossaq; pertentante pari tota igne, canebant
 Absentes ventura. Rei cùm nunciis, Eldad
 Et Medad per castra rapti motu, impulit aures.
 Nunideq; petente, Ducis iussu ora tenerent,
 Protinus Amramides : Quis tu inhet amulus esses?
 Aut qd obest, vt agente Deo, plebs tota prophetet?
 Dixit, & assumptis socijs ad castra tetendit.

Ecce maris trans alta Notus, creberq; procellis
 Africus, arreptas gemino de cardine mundi,
 Limite, quem sulcãrit iter non segne diei,
 Immensum per inane vehunt, atq; agmine, quanto
 Non imber, non grandio cadit, non spicula bello
 Torta, coturnices, cubitis adoperta duobus
 Propter humum lasso plausu per castra volantes.
 Ilicet in prædam magnis concursibus omnis
 Turba cadit, totumq; diem noctemq; legendis
 Duplicat, & (bis quinq; cori res parua quodd vni)
 Alituum structos per gyrum siccãt aceruos.

In nimios accensa tibos iusto, ora vacabane
 Prorsus adhuc, feruente Dei cùm vindicis ira,
 Incidit improuisa læs, vt turba cadentum
 Momento, numerosa locis hinc inde iaceret :
 Unde datum quoq; nomen eis, heu carnis amore
 Vesano quodd terra regat reclusa sepultos.

III. MIRA.

III. MIRACVLVM.

Maria quoq; secundum Aaronem, muginans, seq;
arroganter efferens, lepra diuinitus castigatur.
Aarone tamen commiserente, & Mose interce-
dente, valetudinis grauitate leuatur: Sed ita, vt
antè castris eiecta septimanam, temeritatis suæ
pœnas dependere cogatur.

Nec mora, diuelli inde inuat, grauibusq; suorū
Luctibus intētos Haseeroth capit hospita sedes.
Affines hīc lacua animis certare coëgit
Nescio quæ fortuna duas, quia fusca colore
Forsan erat (quid forma tumes?) Mosaica coniux.
Et Mariam fratremq; sibi tam tutius ora,
Quam Mose, ad diuina aditum patuisse, superbos
Dedignans (cū Mose nihil mansuetius) vna
Stare iubet tres, Scena aditu, delapsus & ipse
In nubis specie, ora Deus propiora vocatus
Pontifici Mariaq; tulit, cum voce: Duobus
Vaticino constabo modis, aut lumine ceco
Occurrens, aut nocte monens per somnia. Mose
Non ita. Dilecto vsq; suis tot iugiter annos
Officijs, presente palam loquor ore, videndus.
Quis furor ergo, caput venerandum incessere pro-
His dictis, cum nube suas secessit in auras. (bris?
En niuib; certante, lepra candore scatebat
Virgo. Vidensq;: ignosce (precor) germane duorum
Stulticia improbiōri, Aaron exclamat, & obsta,
Ne viscus sit putre Soror; neu, qualis abortus,
Dispareat proiecta. Vidēsne, vt triste pererret

Membra

Membra malum? Miserere bonus, iam dixerat i-
Et, quod si fortasse suum sputum acrior eius (pse:
Eiectasset in ora pater, nonne igne modesto
Defensus tinxisse pudor septem illa diebus
Debebat? responsa Deus dans, præcipit, vltro
Tam castris exclusa diu cunctantibus absit.

IIII. MIRACVLVM.

E tribubus delectos duodecim viros, ad exploran-
dam promissionis terram, mittit Moses. Vnde re-
duces, incredibilis magnitudinis vnam ferunt, ac
exposito locorum situ, motum in populo concitan-
tant. Quem sedaturos, Iosua & Chaleb, ideo-
que periclitantes, Deus miraculo tuetur, excidi-
um populo generale denuncians. Interim, Mose
deprecante, in seditionis autores pœna redundat;
plebsq; hostem lacessere ausa, ingenti clade pro-
fligatur.

Abfuerat; cessiq; loco est. Et ad arua monente
Mittendi promissa Deo, qui certa reportent,
Primores tribuum; Zechur patre, stirpe Rubena,
Sammua trux: Simeonis au, Saphat horridus, Hu-
Progenies: Chaleb, Iephone prognatus, Iuda (ri
Gentis: At Issachara, patre Iosepho, impiger Igal:
Eframi generis, Nunides, Iosua verum
Addiderat cui nomen herus, bello asper Osee:
Beniamina gentis, Phalti, Raphua propago:
Seddiel, antiquus auus cui Zabulo, Sodi
Autor: Iosephi de magni stirpe, Manassa
Et sceptri, Gaddi, proles notissima Susi:
Ammiel, Dano acer auo, sed patre Gemalli:

Sth ur



*Stur non segnis, ei Aser auus, genitorq; Michaet:
Nepthalides, Vapsi soboles asserta, Nahabi:
Atq; Guel, Gad gente, Machi genitore, leguntur.*

*Iamq; profecturos, Circum compendia dextro
Calle, iubet Dux, alta secat quâ semita rupes
Arctius, anticipate viam, pacemq; locorum
Explore: Quis illa colat? Quam viribus audax,
Quâq; frequens? Vberne solû, vel inane? Quot vrbes
Et quales? Sylvanè tegant, sentesue rubiq;?
Eia agite, & documenta soli, decerpite fructus.*

*Tempus erat, quo lata dies in collibus vnas
Autumni maturat. Ii diuersa petentes,
Perlustrant omnes aditus regionis, ab oris
Deserta Sin, vsq; Rohob, intransibus Emath.*

Inde

*Inde gradu properante, dies flagrantibus horis
Qua medius coquit arua, legunt; antiqua Gigantes,
Prolem Enac, Tholmai, Achiman, Sifaiq;, potente
Quâ Tanai, Aegypti vrbe, prius septem (auguror)
Cõdita, pracelsis in turribus educat Hebron. (annis
Tangentes hinc torta Botri vada, dicta, quod illinc
Portarint botrum Isacida duo, palmite & vna
Veilem onerant, Lybicaq; ficu pomoq; quasillos.*

*Quadraginta dies omni tellure vagati,
Ostentant spolia ista suis tandem, atq; profantur:
Quod lacte ora petita fluat, quod melle, fatemur.
Quippe vel hinc manifesta fides. Sed et vrbibus altis
Turrigerisq; potens, quod corpora, mira relatu,
Et scopuli instar, alat, non inficiamur. Alummos
Hic videas Enac. Amalec habitator ad Austrum
Cingit. Iebusaus, Amorrhæusq; nouales*

*Moutanas, & Hethaus arat. Chananeus ad aquor
Regnat, Iordanisq; sinum. Nondum omnia fando
Prodiderant, vario cum scindi pectora motu.
Et Chaleb meliora monens: Quid? eamus, & vrbes
Possideamus, ait, certas vinci. Omnis at ordo
Heu comitum diuersa fremit, caussatus inermes
Ausa suas ad tanta manus, & questus, amore
Sanguinis ipsa sui arua auida, ostentare tremendos
Non homines, sed monstra hominum, quibus esse lo-
Collati videantur. Ed flagrare tumultus (custa
Maior, & insana ora: Dies ô longa tulisset
Nos vtinam, tumulante Pharo, non deside Eremo.
Hic sanè, hic perisse inuuet, ne Marte cadamus*

Hostili,

Hospitali, ne capta parens cum prole trahatur :
 Aut praestet, duce lecto alio, dare terga retrorsus.
 Iamdudum submissus humi, maiorq; minorq;
 Amramida tentare preces, & supplice palma
 Implacidos ambire animos. Primiq; reuulsis
 Vestibus, huc illucq; rapi, & clamare vicissim,
 Numides Chalebq; : Placent, quas legimus, ora,
 Iam nostrae, modò Ihoua velit, veniam antè rogan-
 Et viso magis hoste, patet qui prada, timendus. (dus,
 Hac illi. Sed dicta furor turbata repellit,
 Et lapides contra, ai ma parat. Cùm luce refulgens
 Maestas diuina, super Scenam, obstitit, omni
 Attonito; Mosiq; : Nihil mihi fidere vulgus
 Hoc perget, signaq; meis, quonam vsq; ? Nocentem
 Stat prope absumpsisse luc, & te, fortior ista
 Qua fuerit, fecisse ducem, expergiscere, gentis.
 Dixit. At ille: Necabis eã, vt fama indice Memphis,
 Assertam trabis vnde, tenensq; hac arua, potentem
 Aetherea qui nube ducem te nouit & igni,
 Obiectet probrosa iocis conuicia miscens:
 Quos tandem nequijt promissis sistere terris,
 Attriuuit per senta situ loca. Dicta recorder
 Quippe tua, es cùm saepè bonum, cùm saepè professus
 Te mitem, & venia facilem: licet omnia tollas
 Crimina, maiorumq; licet delicta nepoti
 Incutias: Miseresce, locum hunc vt ad vsq;, regen-
 Ulteriùs. Miseresco, Deus clementior inquit, (dis
 Et precibus concedo tuis. Si viuo, profectò
 Maestate mea totus complebitur orbis:

Quam

Quam tamen, & portenta mea, hìc illicq; videntes,
 Ac vicibus mihi, iuro iterum, bis quinq; molesti,
 Imperioq; meo indociles parere, videbunt
 Haud vnquam promissa suis maioribus arua,
 Chalebum praeter. Cras castra mouere, retroq;
 Ite, maris per stagna rubri, ad deserta locorum.
 Tam pudet indulgisse diu. Cum murmure questis,
 Dic: Viuã haud, rex magnus ait, nisi vestra seque-
 Exitus hac lamenta suus: Quicumq; bis annos (iur
 Egressi denos, soluisitis in aethera linguas,
 Exclusi (ratus ordo meus) fatalibus oris,
 Corpora per campos inhumata iacchitis istos,
 Dum decies quater annus aget vice Signa fugaci,
 Ad numerum, studium arua quibus peragraste, di-
 Progenie scelerata patrum delicta luente: (erum,
 Iosua quam Chalebq; decus, non dedecus hosti
 Aut pradam, vt meministis, agris deponet in illis.
 Dicta fides rata resq; probant. Perire repente,
 Tellurem explorare dati, at culpae proterui,
 Causaq; communis fremitus indigna, duobus
 Inde superstitionibus duntaxat: acerba tot omni
 Funera plebe gemente, sua & commissa, suosq;
 Possidie affectante locos, licet omine tristi,
 Ac nimiam iam absente Deo, clamaret Aruspex:
 Insanire tamen libuit. Sub montibus Arca
 Et Mose opperiente, aciem petulantius ausos
 In pugnam effudisse, suis Amalecus ab antris,
 Et subitis Chanaanens adhuc assultibus vrgens,
 Velocesq; timore, fugans Hormam vsq;, cecidit.

O BIBLI

BIBLIDOS

Liber octauus.

Hinc Mosi mandare Deus, repetenda suorum
 (vobis, Auribus: Ingressi arua, dabo qua propria
 Atq; ouium, siue exta bouum, mihi odora, daturi
 Ex voto, vel spontè, suis seu fortè calendis; (caso
 Qua partem decimam aequet Ephè, similam addite
 Dona agno, conspersam oleo, vini addite libum
 Tantundem, quartâ Hin partem. Gemina esto farina
 Maçtato mensura duci gregis, Hinq; nitentis
 Tertia pars olei, viridis pars tertia vini.
 Sed triplex caso esto boui mensura molarum,
 Semis & Hin laticis modò dicti vtriusq;: Sacriq;
 Pro numero, suus ordo dapum, suus ordo liquorum,
 Ritus & hic æternus erit, ciuiq; satoq;
 Orbe alio, in tua iura, domos, ac regna vocato.
 Iamq; capeffentes ea me tribuente, ciborum
 Primitias date dona mihi. Præstare quid horum
 Obliti, quæ mando, suo cum farre iuuenium
 Immundumq; marem flammis adolete piaculum,
 Errori veniam per vota merente ministro.
 Sons ita simplicitate, vel indigena ille, vel hospes,
 (Utrosuis quoniam vna ligat lex) cade capella
 Annicula, famuliq; litet prece purus ad aram.
 At quanis leuitate nocens, & spontè rebellis,

De po-



De populo, ob mandata Dei violata, peribit.
 Hac inter vir luce sacra dum ligna legebat,
 Deprensus per fenra situ loca, scilicet ansum
 Argueret quæ triste, fuit lex nulla, tenendus
 Carcere, vulgi ante ora stetit fratrumq; duorum,
 Incertorum animi. Maior dum voce tonantis (cædus.
 Admonitus: Moreretur homo, lapidum imbre ne-
 Fit dictis mora nulla. Nonis cum poscitur idem:
 Fimbria fac vestrum cuius sit vestis in ora
 Extrema non vna sua, atq; hyacinthina vitta,
 Iussorum monumenta: vagæ procul impete mentis,
 Turba tuo vt sis sancta Deo, miracula rerum
 Qui te per numerosa Phari de carcere duxi.

I. MIRACVLVM.

Omnium penè miraculorum Illud dixero maximum : ternum certè, ea propter perfectum. Nam Core, Dathan, Abiran seditiosi, hiatu terræ vnà cum tabernaculis, vxoribus, ac liberis absorbentur. Assecta, cœlitus igne delapso, comburuntur. E vulgo, interitum perditorum criminante, hominum quatuordecim millia & septingenti, diuinæ iræ Zelo atteruntur.

Ecce autè duce Core, Dathan, & torrens Abiran, Non etiam, de stirpe Ruben, pluresq; ducentis Et quinquaginta, ordo patrum, consurgere contra Amramidas tumido ore: Iuuat quoniam vsq; ferendis Legibus ignorare modum, & premere omnia fastu Principe, per plenam antè suo sat numine gentem? Quos contrà, prolapsus humi, fratrum occupat at- Agnoscat quem Ihoua suum, cras nosse licebit. (ter: Ergò age, Core tuiq; , litet tunc thuris acerra Quisq; sua: fueritq; sacer, quemcunq; docebit esse Deus. Vos magna nimis fiducia vestra Stirpis habet. Vel id esse parum, gens sanguine Leui Creta, putas, quòd lecta Deo, pro plebe, propinquas? Sacratum quòd cura tibi penetrabile tueri e Ac medio hoc modò stare virum? Stes numè vt ipsi Contra etiam, poscasq; tibi ius plenius ara? Cui furis? aut quo fine moues odia aspera? quisue Noster Aron? Ita fatus, eat bonus auctor, & adsint In facinus socij omne, Dathan & acerbus Abiran, Par fratrum procline, iubet. Quibus affore lenis, E q; Pha-

Eq; Pharo ductos sese, stagnantis egente Non mellis, non lactis humo, in deserta, necandos, Vab fatis promissa suis ea scilicet arua, Uberibus lactis mellisq; fluentia riuis, Rura vbi, concessa absq; iugo, & vineta colantur, Ac quibus effodienda nihil nisi lumina restent, Conquestis: Idem astra tuens, ita deonat ira. Inuisis offense, Deus minus annue sacris. Captatus quòd quippe mihi nec asellus eorum, Nec quisquam minimis iactatus casibus vnquam, Scis. At tu, tecumq; quibus miscere furorem Dulce nimis, Core, ante Deum cras stete, slet Aron, A dextra leuaq; , suam sacri ignis acerram Quisq; tenens. Vix orta dies illuxerat orbi, Iamq; cohors aduersa, strahens secum agmina vulgi, Constiterat, fratresq; suo (haud sine lumine cœli) Quisq; loco. Cùm voce Dei stimulatus vterq; , His penas presente graues iam morte daturis Cederet; inflexusq; genu: Fortissime rerum Quæ spirant, vnusne suis casibus omnes Inuoluat patieris? ait. Rursumq; nocentum A laribus monitus, staret plebs tuta, moneret; Assurgens, procerumq; choro supatus, & alto Castra petens inimica sono: Secedite, clamat, Horrescit quicunq; , nouis accedere fatis. Ergo vagum silente pedem circum vndiq; turba, Atq; Dathan & fratre, thori cum pignore, cumq; Coniuge, iuratoq; , sue per aperta taberna, (mi, Stantibus, à longè augur adhuc: Quòd numinis at-

Non autem meimet, quæ cernitis, omnia factum,
Imperio sim missus (ait) iam iamq; liquebit.
Hos etenim si fortè manet mors, omnibus aqua,
Me ihoua missum esse, nego. Sin vindice fato,
Sors aliud, quod nolo, feret, viuiaq; dehiscet
Terra, sua scitote reos in numina lingua.

Fimerat nondum: Ecce suis horrescere sensim
Sedibus, ac suprema quati, dubijsq; tremuntum
Sub pedibus mugire solum; laxare profundos
Terra sinus pronamq; viam graueolentis auerni.
Sicut erant, sorbente caue telluris hiatu,
Cum lare cumq; sua re recto in tartara lapsu
Illi descendere simul, cælumq; cadentes
Non sibi respexere fauens, campumq; coire
Desuper, ingemuere: minor dum rursus hiulcam
Iunxit humum, lucemq; tremor seclusit auerno:
Astantum sed corde metum minus. Omnibus ira
Diuina ante oculos, similem metuentibus haustum,
Quæq; fuge iam tuta petant, querentibus: vnâ
Præsertim, qui lapsus erat per inane, ducentos
Et quinquaginta igne viros vrente litantes.

Dispersa patuere sacri feralis acerra.
Has iam thuricremas deuota morte iacentum,
Promptior Eleasar discreti vndiq; flammis
Elegit, mandante Deo, gracilesq; tetendit
In lamna, & nota suam suspendit ad aram
Horrenda monumenta rei, vt, nisi sanguine cretus
Præfuls, exemplouè pari casurus, odores
Nemo bitumineos adolere ferocior ausit.

Ausa tamen, reuehente diem Titane, querelis
Germanos plebs tota duos vrgere, necisq;
Heu tanta incusare reos, & poscere penas.
Qui rabie magis atq; magis gliscente, capessunt
Tuta adyti: textiq; Dei manifesta latentes
Gloria, desererent iam delendum omne, monentis,
Hoc hominum hoc effrene genus. Sed voce iacentem
Ipse iacens quoq; maior humi constante minorem
Incepit: Mensa celer ignibus iret acerra
Succensa, ihouaq; truce praerteret iram.
Ipse quidem it, verum illa nimis iâ exarserat antè.
Stat tamen, hinc strages confusas inter & illinc,
Vota ferens, ac thure litans: dum pena, peremptis
Quattuor, & bis quinq; hominû iam millibus cheu,
Cum septingentis, hesternæ à clade, refedit.

II. MIRACVLVM.

Virgis duodecim, vnica quæ Aaronis nomen præ
seferbat, apparet fruticans simul & fructificans,
primatus illius plebei que murmuris indicium.
Summo deinde Sacerdoti peculiaria inculcantur
quædam, & publica, in tractandis præcipue Leui-
tis, sacrorumq; participatione. Rursum tandem vac-
cæ sacrificium, quo ritu peragendum, monstratur.

Vnde suos referente gradus ad limina Scenæ
Pontifice, his Mosen compellat vocibus vltor.
A tribuum ducibus, tota cum plebe vocatis
In cætum, bis sex arcutes accipe virgas,
Et cuius harum, cuiusuis nomen eorum



Distinctis inscribe notis, fratrem adde Leuitis,
 Ut referat sua quemq; tribum: Scenaq; sub ipsa
 Euentum cognosce rei. Quem namq; creāro,
 Primus erit, vel flore sua satis indice virgæ,
 Quo tandem ora, mihi vobisq; molesta, retundam.

Paruerant, ferulisq; datis accefferat Aron
 Prætereā, litemq; sequens Aurora diremit.
 Introgressus enim penetrare, virere bacillum
 Pontificis, sub stirpe Leui, turgescere gemmis
 Purpureis & flore nouo, folijsq; bisulcis
 Argolicas extare nuces, deprendit, & effert
 Numinis interpret, mirantibus omnibus ingens
 Prodigium fustisq; suos sibi habentibus illos.

Id iussus signum pl. bei murmuris intra

Retu-

Rettulerat secreta quidem memorabile Moses
 Sedandi, ne probra luant iterata rebelles,
 Verum ea subsedere minis. Passim inde querela
 Audita: gens tanta locis rarescimus istis:
 Qui Scena propiora petit, petit ocyus Vmbra.
 Aut (id enim modò restat adhuc) abolebimur omnes?
 Illa etiam dicta antè, bibit rursum aure Sacerdos:
 Labem adyti tu stirpsq; feret tua. Præua feretis
 Si qua, Sacerdotii. Leuitas ferte Sodales,
 Coniunctos à stirpe tibi, famulosq; sacrorum
 Extra adyti secreta, suis te ritibus intra
 (Citra alios) operante mihi, cum prole, per aram,
 Ne properet quis fortè suum tractare periculum,
 Ne quod honorandis fulmen genti insiet ab astris.

Primitias & sacra mihi, tibi dono sacroq;
 Dono sacroq; tuis priuato iure, Tabernam
 Hæc intra nostram, maribus sine labe, proculq;
 Labe domi natabus eas vernisq; fruendas.

Primauum sanè omne tuum sit, homoq; pecusq;
 Sic tamen, vt redimatur homo dicto ære, pecusq;
 A mense immundū. Vitulus tener, agnus, & hædus,
 Antè sacer mihi, liber erit: modò sanguine sparsam
 Pinguis adeps, mihi gratus odor, fumabit ad aram:
 Pulpa tibi cedit cum pectore, dexter & armus.
 Hoc inter me teq;, volo pactum esse perenne.
 Nil proprij, me præter, habe fatalibus aruis
 Quod speres. Decimas Leui gens annue speret,
 Dona ministerij rata solaq;, plebe Taberna
 Contactus horrente meæ, formidine mortis.

O 5

Primi-

Primitias tamen inde mihi frugumq; meriq;
Decernat, quasi sacra, tuo modò debita fratri,
Illaq; nobiliora, dolum citra atq; periculum.

Hac autem ratio esto Sacri. Fac bucula rufa,
Qua nauo sine, colla iugo signanda negauit,
Te coram statuatur. Ei dein guttura culcro
Rumpat, & elicitum iugulo luclante, cruorem
Septenis vicibus digito Conopea versus,
Carnibus exustis cum sanguine, pelle, fimoq;,
Ac cedri ligno, hyssopo, coccoq; coruscis
Ignibus iniecto, spargat, mersusq; ter vndis
Tam vestes quam membra, petat tentoria Flamen
Eleasar, dum soluit equis sol frana, futurus
Immundus. Nec purus erit, nisi corpore loto
Et cultu, qui molle pecus coniecit in ignes.
Sit mundus, lectos cineres qui fuderit extra
Castra, loco puro seruandos semper, in vsus
Isacidis lustralis aqua, quia Vacca piaculum
Vsta fuit: non mundus erit, nisi lotus, in vnda
Dum fessos sol mergit equos. Ea ciuibus esto
Religio, hospitibusq; simul. Qui fortè cadauer
Humanum, osuè, thorumuè, modo quocunq; necati,
Hic vel ibi, attrectarit, eum sol tertius atq;
Septimus hac lustrabit aqua, septem vsq; diebus
Immundum: hic & inanis erit, cessante priore;
Et cessante vtroq;, nocens memori excidet auro.
Immundus totidem ille dies quoq;, lumine cassi
Quisquis init scenâ: &, quod ibi vas cernitur, omni
Immundum. Quare iste modus purgaminis esto:

Vir

Vir cinerem impollutus eum, quem diximus, vrna
Injicito; viuentis aqua super indito rorem;
Hyssopum misceto; homines, rem, vasa, penates,
Se demùm cum veste, statis lustrato diebus.
Lustratorum hoc more minùs, fama excidet auro.

III. MIRACVLVM.

Postquam in Cades ventum, Maria moritur. Populus
sitiens, aduersus Deum fremitu, potum extorquet
miraculosum, Mose petram feriente, & aquas
elicente, at grauissimè, ob diffidentiam, obiurgato,
terrisk; fatalibus excluso. Per Idumen item
transitus impeditur, atq; Aaron in monte
mortuus, deficiet.

Intrant Sin castra, Cades habitura Maria (cris):
Que fato est ibi functa suo & tumultata, sepul-
Ac sitiens arebat humus. Cùm vocibus iram
Communem plebs, quanta fuit, patefecit amaris:
Manibus accessisse, Deo cogente propinquis,
Aut nunquam meliora Pharo sperasse relicta,
Profuerat, quàm nostra siti iumenta locorum
Nosq; per hac deserta, satis obnoxia nullis,
Non sicibus, non cura hominum, non mitibus vris,
Non pomis fluuijsq;, mori. Sic quæsta, reliquit
Amramiden vtrunq;, Deo coram orsa mouentem
Ista: Preces, gemitusq; truces populi istius audi
Omnipotens, aperiq; tuum ditissime fontem
Iugis aqua, non hæc magis passure querelas.
Audiit, & vibrante palam fulgore coruscans;
Mox lituum cape, staq; quies vbi, plebe coacta,

Et cau-

Et caute vocalis aquas (bibat vnde liquoris
 Vulgus egens, bibat vnde pecus) deposce daturam.
 Dixit. At ille, Deo coram qua virga iacebat,
 Correpta, & veniente locum properanter in vnum
 Plebe, stetit, magnoq; fremens: Sperate, rebelles
 Ac faciles violare fidem, si forsan aquarum
 Petra bibendarum ista vias pansura scatentes,
 Dissiliat, clamore simul, simul ipsa leuato
 Iam radio bis saxa ferit. Cum protinus vndam
 Riuis agens torrente, sitim compefcuit omnem.
 Interea culpante Deo vehementius ambos
 Amramidas: Quia vestra fides sancti edere nomen
 Huic populo cunctata meum est, fatalia nobis
 Auspiciis vos ire duces indignor in arua.
 Nunc agite, extorquete minis audacibus vndas,
 Nil veriti tentare Deum. Tunc flore iuuenta
 Conspicuis aliquot iuuenum mandata tyranno
 Augur Idumeo ista dedit portanda: Laborum
 Nostrorum iam fama tuas reor impulit aures,
 Ab fatiis vt nosler auus cum prole, feracem
 Contigerit, pluresq; Pharon seruarit in annos:
 Seruitij dum triste iugum tot secula passis,
 Diuinam stimulauit opem, duxq; additus illinc
 Egressis. Nunc ecce Cades confedimus, illa
 Finibus haud procul vrbe tuis. Proauita petentes
 Arua, via regione sinas nota ire, precamur,
 Per tua, sic vt dextra tibi sit leuaq; , tuti
 Sint agri, fontesq; , suis & collibus vnae.
 Hocq; recusanti, celeremq; , repente minanti

Occur-

Occursum armorum, ille iterum: Per trita viarum
 Ibimus, haud cunctante gradu, preciumq; paratum
 Libatas cuicumq; tuas pensauerit vndas.

Molliri indignatus, ijt contra hostis. At inde
 Castra mouens, sublime caput qua finibus illis
 Hor gaudet miscere polo, subsedit Hebraus.

Hic Mofi mandare Deus: Defunctus Aaron
 Officio vitaq; , suas concedat ad vmbas,
 Promissa cariturus humo, quia turpiter ausus
 Viribus indubitare meis, ad murmuris vndas.
 Ergo age, montis ad alta pedem ferat auia tecum,
 Et patris, exoluentis ibi se corpore, cultu
 Eleasar cingatur. Itum est, iussisq; , peractis
 Est reditum, cernente oculis, raptiq; tributim
 Ter denos lugente dies noua funera plebe.

III. MIRACVLVM.

Impedimentis iterum Israëlitæ eluctantur. At iabo-
 rum pertæsi, contraq; Deum ac Mosen murmu-
 rantes, ignitis multi enecantur serpentibus. Alij
 pœnitentes, ænei serpentis intuitu seruantur.
 Motis inde castris, hodieporicon instituitur, &
 quidam post deuictos hostes respiratio concedi-
 tur.

Am sama, Hebraeam sensim procedere gentem,
 Lagmina per numerosa, volans circūndiq; reges
 Terruerat. Chananæus Arat quoq; certior vnde,
 Ac metuens sibi, cruda viris ad prælia lectis,
 Emicat, & hinc inde, fruens Mauorte secundo,
 Irruit, exuuijsq; , redux exultat ademptis.

At subi-



At subigi, sibi turpe putans, promittere vota
 Israël. Te, magne Deus, si feceris, huius
 Ut populi superator eam duce, fortiter vrbes
 Ibo etiam nunc ense minax, nunc igne, per omnes.
 Audita valere preces, minor occidit hostis,
 Oppida succubere, notam locus obtinet Horma.
 Spes ita, Erythraû longè mare versus & Edom,
 Certa gerendorum, motis per devia castris,
 Successu meliore, fuit. Sed longa laboris
 Tadia confuso inq; Deum sermone querelas
 Inq; ducem mouere nouas: Cur fugimus aquam
 Egyptum, per senta situ deserta terendi?
 Panis ubi non vllus, aqua non fontibus vlla.
 Et stomacho pridem iste cibus fastidia mouit.

Haud

Haud tutè. Nam iusta malos vindicta coërcet.
 Dipsadis innumera morsu, taboq; per artus
 Diffuso, non pauci hominum cecidere repente.
 Mori alij grauitate luis: Deliquimus, aiunt,
 In iustum scelerata Deum teq; ora mouentes.
 Vipereum hoc genus ipse leuet, tu (quasumus) ora.
 Oranti data iussa: Graui ductum ære Colubrum,
 Intuitis, ictisq;, iube signum esse salutis.
 Mos geritur, fit certa salus spectantibus Anguis.
 Progressos excepit Oboth primum: inde perusta
 Icabarum tellure, Moab sita versus & Eurum:
 Mox celebris torrente Zared: post finibus Arnon
 Limes Amorrhæis celebrata, trucusq; Moabi,
 Nota eadem (cantante Dei victrici: libro
 Bella) choris: vt magna vadis rubri æquoris egit,
 Sic peraget maiora fide, torrentibus Arnon:
 Rinorum scopuli se submisere, staturi
 Fortè Moabitarum humeris, & finibus Arnon.
 Fons alibi recreauit aquis arentia tristi
 Castra siti; datus vnde Deo memorabilis hymnus:
 Nascere fons, manaq;, manu baculisq; tremendi
 Quem validis fodere duces. Mathana profectis
 Hinc patuit, dein Nabaliel, & clara Moabi
 Valle Hamoth viridi, sublimis ad ima Phasaga,
 Desertum contra. Vnde Sehon captare fauorem
 Regis Amorrhæi, misso oratore tetendit
 Hebræus: Tua calle suo da peruia queso
 Regna mihi, sine clade soli, sine strage Lyai,
 Et damno sine dulcis aquæ. Frustrè à istud: In arma

Ille

Ille suos properata ciens, longo ordine firma
 E lasa, totas effundit in aquora turmas.
 Verum plena ferens in pugnam pectora Iudas,
 Non armis solum, sed & vrbibus, vltor ab Arnon
 Usq; Ieboc Ammonq; latus, quod robore fultum
 Præsidij maiore stetit, viclum exiit hostem. (des

Hic igitur (quæ nempe Hesebon iacet inclyta, se-
 Regis, humum qui Marte Moab possederat omnem,
 Unde melos: Petitote Hesebon, assurgat olympo
 Aula Sehon. Egressa globi vis ignea flammis
 Ex Hesebon, magni arce Sehon potiore, Moabum
 Ar, & per iuga celsa suis cum ciuibus Arnon
 Inuoluit. Va, magne Moab, tibi: Clara peristi
 Sens Chamos. Fuga fœda tuos dispersit ephebos,
 Vincla tenent inhonesta nurus) post dura viarum
 Defessis data prima quies. Hinc tutius vrbes
 Explorare datum: Florens hinc subdere Iazer,
 Et circum castella: Basan hinc, regna gigantis
 Og, vires cum stante Deum contra, agmine frustrâ,
 Natorum auxilio ille licet confisus, agentis.

V. MIRACVLVM.

Israële per campestria Moab quiescente, Balac sibi
 & vicinis metuens, accersitum mittit Balaam ha-
 riolum. Cui explorandæ voluntatis diuinæ gra-
 tia tergiuersanti, in itinere Angelus euaginato
 gladio obsistit: & mula loquitur. Idem honorifi-
 cè exceptus, vt Israëli malediceret, benedicit,
 atq; vaticinatur: contemptimq; dimissus, domum
 redit.

Deui-



DEuiçti tellure Moab nunc castra sedebant,
 Hic vbi Iordanis trans flumina, turribus altis
 Stat Iericho: Cernensq; Balac, patre Sephore natus,
 Iam populos iuga ferre duos, hoc ore tetrarchis,
 Qui Madian ditione tenent: Sicne ista colonos
 Gens omnes, qui (dixit) arant vicina, videntes
 More bouis carpentis, adhuc cum stirpibus, herbas,
 Atteret: Idcirco veri fatiq; potentem
 Alta Beoriden trans ostia, finibus Ammon
 Euocat: En, qua complet humi glomeramine turba,
 Aegypto progressa, meis gens imminet agris.
 Cum sed eum successus alat, cui fausta, suaq;
 Destituat vice rursum eum, cui dira precaris:
 Quo so veni, si forte tuis, me fortior hostis,

P

Oppro-

Opprobrijs hinc victus eat. Qui talia dictis
 Et donum rescutus ijs : Responfa scietis
 Cras cupidi diuina. Sopor defixerat illos,
 Huic vigili apparere Deus : Sibi plurimus hospes
 Quid vellet ? Caussamq; tenens : Coniucia dictum,
 Quæis faueo, nolo (inquit) cas. Mibi, numine lauo,
 Ire nefas : Vos ite domum vos, rettulit augur
 Mane nouo. Submissi alij redeuntibus, ortu
 Maiores & honore : Balac, tibi dona daturus
 Iam votis maiora tuis, contendit, adesse
 Ne cesses. Cesso, ille refert, neq; diuitis auri
 Argentiq; licet tribuat plena atria, verbum
 Ausim vllum mutare Dei. sed fallere noctem,
 Subijciat si forte furor meliora, quid obstat ?
 Recliuem ecce monere Deus : Poscentibus istis
 Exurgens accede comes, qua mando, paratum.
 Vix dederant Phæbo asina locum, strataq; profectus
 Ipse asina, carpebat iter, stipante ministro
 Dumtaxat gemino litus. Angelus ecce seueri
 Numinis, ad claustra arcta via stricto obsistit ense
 Fulmineus, quem mula tremens, per deuia fertur,
 Inq; viam plagis reuocata, timensq; tenentem
 Obiectus laterum, quæ vinea distat vringq;,
 Ad sepem collisit heri femur, acrius illò
 Nunc baculo, nunc calce pecus stimulantis inerti,
 Dum collapsa iaceret humi, neq; verberis expers
 Nunc etiam, mirisq; modis sua solueret ora :
 Quo merito repetita meos heu verbera lumbos
 Concidunt ? & acerba sui ludibria dudum

Expro-

Exprobrante furenter hero, gladij; frementes
 Intentante minas : Iumentum ego quippe, libenter
 Assuctum præbere tibi mea terga, nec vnquam
 Imperijs obstare tuis. Nunquam, ille vicissim
 Rettulerat, cum qua visus hebetabat, adempta
 Nube, trucè ad propiora via genium ense minisq;,
 Quid plagis imbelles pecus lassaret ? Adesse
 Se, vetitas inhibere vias, ipsumq; ferire,
 Cessisset nisi mula loco victura, tueretur
 Pronus humi, veniamq; rogans, & non nisi nutu
 Ipsius, ire redire volens. Simul iuit, eundi
 Ut data dicendiq; fuit, modò iussa, facultas.

Ergo propinquanti rex vltro occurrit ad Arnon,
 Et, qua te mora iuuat, ait, tam segnis ? An hæres,
 Quod merces incerta tibi ? Nihil obsuit horum,
 Ille refert. Neq; enim vltia queo, nisi numine plenus.
 Sic dictis, socium ambo pedem sub secta ferebant.

Sole nouo, rex membra thoris vbi mouerat altis,
 Mandat oues mox colla darent ferienda bouesq;,
 Hospitibus noua dona nouis. Vatesq; vocatus
 Lingeri in nemora alta Baal: Septem, inchoat, aras
 Esse iube hic, totidemq; duces gregis, atq; iuuenos.
 Appositis, sta, rursus ait, dum numen oberret,
 Quodq; loquar tibi, mandet. eã. Properè illud eunti
 Adstabat, cum voce, redi, nostro ore locutum.
 Qui rediens ; & ad alta videns altaria regem
 Cum procerum stipante choro, lituumq; prehendens:
 Huc adsum, non spontè, sed accersitus, ab Aran
 Montana Eoaq; , vagum vt detestet Hebraum.

P 2

Qui-

Quanam istud? Detester, habet qui numen amicum?
 Ex alto mirabor eum, iam sede potitum,
 Nec terris, velut antè, vagum. Numerârit arcnas,
 Pulvereosq; globos, quisquis numerârit Iacob.
 Sic obeam, qua morte boni: Sic extima nostra,
 Istorum sint aqua, precor. Medioq; precandi
 In cursu: quid gryphes equis, quid vulpibus hircos,
 Et canibus quid iungat apros? Non vlla rogatus,
 Quàm iubeor qua, testor, ait. Contraria votis
 Vota meis testare: Loco quin stamus in illo,
 Haud totum vnde videns, dirum execreris Iudam,
 Rex infit; comitemq; trahit super alta Phasage
 Culmina, diuersasq; suis cum cultibus aras
 Excitat, & cohibere gradum persuasus ad illas,
 Consultum dum numen eat redeatq; Sacerdos,
 Audit: Eum ne crede Deum, qui ficta loquatur,
 More hominis, vel fata semel sibi condita flectat.
 Dixerit ergo, ratumq; neget? Modò prospera dictū,
 Non versum veni. Nescit simulacra deorum
 Israël. Vnum ille Deum Regemq; fatetur
 Victorem, quo regna Phari duce liquit, habente
 Rhinoceros quod robur habet. Non nititur ille
 Augurijs, non ille nefas rimatur in extis,
 Dicturus quondam acta sui memoranda Iehoua.
 Insurgat gens, more lea, frontem ardua tollet
 Ut leo, nec positura caput, nisi viscere prædæ
 Atq; cruore grauis. Rex hic, premat (imperat) ora
 Non alio soluenda modo, fortassè daturus
 Mutato diuersa loco. Prospektat ercnum

Mons

Mons Phegor: placet iste, prior placet ordo sacrorū:
 Non vati prænosse placet primū omnia: visu
 Israël modò fixus obit sub monte sedentem,
 Per certas hinc inde tribus: stimulisq; calescens
 Et radio: Quàm flaua iacent conuallibus arua,
 Arboribus quàm propter aquas felicibus horti,
 Irriguas educta polo quàm cedrus ad vndas:
 Fixa Deo tam pulcra tuor tentoria Iacob.
 Ipsius è situla vnda cadet, de semine torrens.
 Rex ob Agag cadet, ac debet reuerentia sceptro.
 Aegypto Deus excit eum. Iam gentibus hostes
 Illius deprendo teri, ceu lurida prædæ
 Terribilis terit ossa leo. Tibi fausta, beatus
 Omnis erit, tibi dirus erit, qui dira precatur.

Tunc manuum crepitante sono, conuersus in irā
 Rex: Qui te furor, inquit, agit, peruersa vouentem
 Tot vicibus. Iam vade, tui priuandus honore
 Augurij. Recludi aliud nil posse, Iehoua
 Quàm mentem, quàm fata, tuis dixi antè, licebit
 Immensas des munus opes, ait ille. Sed olim
 Fata tamen qua fraude tui violenta monebo
 Eludant. Lituumq; tenens perrexit: Olympo
 Qui fuor, alloquioq; Dei, qui stamina fati
 Euoluo, qui cerno procul ventura, recordor,
 E Iacob vt stella suos ostenderit ortus,
 Virgaq; prodierit stirpe Israël, Moabi
 Percussis ducibus, Sethi excisura nepotes.
 Magna Seir succumbet ei, succumbet Idume.
 Israël, prob quanta geres? Tu, publica mittet

P 3

Qui

Qui gentes sub iura, dabis : Te, Amalece, ruente,
 Quem video autorem populorum : Teq; , Cinæ,
 Sit sedes tibi celsa licet, fidasq; luebris
 Et generi. Quonam vsq; ? Tibi dominabitur Assur
 Heu, quæ tum quæ dira tremo ? Per cærule Tybris
 Naubus Hesperios effundet, ad ostia magni
 Euphratis calcanda, Palastriniq; sub armis
 Cornua Iordanis frangenda, tua arte caducis.
 Dixit. Iterq; suam celer instaurabat ad Aran.

V I. MIRACVLVM.

Præuaricari Israël, & cultibus idolatricis libidini-
 busq; dediti, duces suspenduntur. Eorundem v-
 nus, publicè scortatus, à Phinees confoditur. Mil-
 lia hominum duodecim percunt. Sacerdotium
 posteris Aaronis stabilitur. Tribuum delectus ha-
 betur. Lis filiarum Salphaad, de successionis iu-
 re, deciditur. Mose terra promissionis ostenditur:
 Eiuq; loco Iosua dux populi designatur.

Isræel autem interea torpescere luxu, (fana :
 Et Veneri indulgere, Setim hic ubi pulcra, pro-
 Tum dapibus sacrisq; Beel gaudere vocatus :
 Indignante Deo scelus, & mandante, piandum
 Suspendendorum cunctorum ad lumina Solis
 Supplicio præsentè ducum. Mox ergo, feriret
 Quisq;, Beel scelerata Phegor dape sacra professos,
 Innuit Amramides. Mouit vox ista volentes,
 Ante alios rigida Zelo pietatis & ira
 Infrendens Phinees, vt Midianitidis vsu
 Fortè notabiliore, suis coram omnibus, ipso

Mose



Mose etiam, flagrare duce[m] conspexit Hebraum,
 Dedecore irritatus eo, raptiq; lupanar
 Irrumpens mucrone, Venus qua gaudia parte
 Permixtis funesta tulit, perfodit vtrunq;
 Millia bis duodena virum periere. Deusq;
 Iam melius spondere : meas Eleazare natus,
 Haud patiens indigna sua virtute, tremenda
 Ne satier clade horum hominum, prauenterit iras.
 En priscum nouo fœdus ei stirpiq; nepotum,
 Iura Sacerdotii pactus firmata perennis,
 Ob facinus tam sorte. Salum, Zambri ista propago,
 Deq; tribu Simeonis, & hæc Cozbi, improba Suri
 Nata ducis, stent caussa odij belliq; fouendi
 Alternis, cum fraude dolos hostiliter ausi,

P 4

Sacra

Sacra per insidiosa Phegor componere vobis.

*Quare age, non retrahente manus Antistite sum-
Mose tuas metitor opes, & idonea bello (mo,
Robora, per sua quasq; tribus, lustrato manipulis,
Perq; domos, quibus acta sua quinquennia vita
Quattuor, ac plura. Ipse mora sine, iussa faceffit.*

*Iamq; suis, per plana Moab, Iordanis ad vndas
Et Iericho propiora, nitens stetit ordo sub armis,
Ante aciem primi ire duces, fortissimus Henoch
Et Phallu (cuius nuper furiosa nepotes
Factio, cum Namuele Dathan Abironq;, ruina
Terrenos subiere sinus) & maximus Hefron,
Et Charmi, cum gente, suo de nomine dicta,
Quisq; sua, stirpisq; Ruben, prob millibus illis,
Quadragesima tribus, septingentiaq;, decemq;
Ter, lectis ad bella viris. Simeone propago
Nata subit, Namuel, Iamin, Ioachinq;, Zareq;,
Et Saul, viginti duo millia, bisq; suorum
Ducentes centum. Inde Sephon acerrimus, Aggi,
Suni, Ozni, Her animosus, Arod, Arielq;, vetustus
Queis aded iactatur auus Gad, mille virorum
Bis vicies celerum, quingentorumq; coercent.
Exin Sela, Phares, Zare, Hefron toruus, Hamulq;,
Septuaginta virum condensato agmine, sexq;
Millia quingentosq; regunt, de semine Iuda.
Issachari hinc de gente duces, Phua, Thola, Iasubq;,
Et Semram, vicena virum ter millia raptant
Bis duo, tercentumq;. Sared post fortis, & Elon,
Atq; Ialcb queis Zabulo auus, vicena ter arstant
Millia*

*Millia, quingentosq;. Machir, pluresq;, Iosephi
Haud segnes proavi è natu maiore, nepotes,
Millia quinquaginta duo, generosius agmen,
Et septingentos bellatorum: eq; minore
Suthala cum Bechere, Thoën formosus, Heranq;,
Millia triginta duo quingentosq; fatigant.
Beniaminis succedit ijs genus, Asbel, Achiran,
Bela ferox, Suphamq; furens, & Marte probatus
Cum bis vicenis ac quinis millibus Hupham,
Sexcentisq;. Subam, cui Dan sua stirpis origo,
Cum quadringentis, decies sex mille quaterq;
Parte alia propellit. Item, cui conditor Afer,
Iemna, Brie, Iessu, decies quinq; & tria parte
Quadringentorumq; alia. De stirpe supremum
Nephthalia Iosiel, Guni, & cum Ieser e Sellem,
Iam bis vicenis & quinis millibus agmen
Claudebant, centumq; quater. Plebs omnis in armis,
Omnibus bis, quos olim Aaron Mosesq; notarant,
Extinctis, prater Numiden atq; Calebum,
Millia sex centena virum, mille, atq; feroces
Cum septingentis ter deni, aptissima pugna
Pectora. Queis ducenda, vagis non amplius, aqua
Sorte fuit fatalis humus, maiorue minorue,
Pro numero cuiusq; tribus. Experte sed eius
Gente Leui, quæ terna domus ab origine, Gerson;
Ista Caath, Merari illa. Dein, quibus vnus ab ortu
Sanguis erat, Lobni, Hebroni, Moholiq; vicissim,
Et Musi Coreque. Genus quoq; duxit ab ista
Stirpe Caath: quo patre suo bonus extitit Amram.*

Unde Aaron, Moses, Lothabed matre, Sororq;
Orti Aarone Nadab, Abiu, Eleasarq; Ithamarq; :
Quorum illi perire, focus vetito igne litantes,
Millia viginti sexus & terna virilis. (rores,

At Maala, Hegia, Melcha, Noë, Therseque, so-
Extorres sibi visa, omnem populum ante steterunt,
Conquestæ: Cur prole carens mare, diraq; Coræ
Iurgia detestatus, humo (ceu cætera patrum
Corpora) quem deserta tegunt, nos Salphaad autor,
Iure suo priuet, careamus vt omnibus agris?

Amramideq; vidente minis, quid spondeat: audit
Quæsitore litem ipse Deus, nec iniqua petentes,
Ferre iubet: populoq; etiam iura ista referre:
Defuncti, soboles cui mascula nulla, sit hæres
Filia. Qua nulla, sint fratres. His quoq; nullis,
Sint patrum. Patrumq; procul, sit origine iunctus.

Tu verò hoc cõsensu Abarim de vertice montis,
Subiectas, certasq; meis, circumspice terras,
Ad tacitos comitum manes & Fratris, iturus,
Ob plebis non pressa, mei spe diuice nutus,
Murmura, Sin sub & arua Cades. Quocunq; vocaris,
Spirituum ter magne Deus, sequor, excipit ille:
Sit modò, quem iam deinde ducem plebs ista sequa-
Occiso ne sicut oues pastore, vagetur. (tur,
Ne nimium crucieris, erit, Deus inquit. Alumnus
Iosua, te sistente, mei non numinis expers,
Atq; potens vt honore tuo, sic ore, verendus
Stet populo, monitumq; paret se rebus agendis
Pontificis. Stetit ille statim ad præcepta parato.

VII Mi-

VII. MIRACVLVM.

Sacrificiorum, dierumq; festorum, ac voti, vel exol-
uendi, vel recantandi, repetitio est. Hanc vltio se-
quitur de Midianitis. Cuius executoribus, ob fœ-
minas seruatas obiurgatis, Iustrandi ritus tradi-
tur. Præda deinde recensita, distribuitur, ducibus
vltro ad Dei cultum, munera conferentibus. Ru-
ben demum & Gad familiar, possessiones hostibus
creatas, sibi postulant, & impetrant.



Cum rursus noua dicta: Mibi sacra danda, me-
mento:
Anniculos sine labe, die duo quolibet, agnos;
Hunc orto suffimen, eum sed sole cadente,
Quos geminent, vt liba, suo noua sabbata ritu.

At re-

At verò, quæ tota cadant holocausta calendis,
 Balantum dux vnus erit, geminiqu; iuueni,
 Et fetus ouium septem. Farrisqu; nitentis
 Pallade, tres decimæ maiora ea sacra, duaqu;
 Altera, duntaxat demùm vna minora cibabit:
 Quartaqu; pars vini hoc, id tertia diluet, illud
 Dimidia hin. Tum ritè caper noxa imbuet aram.
 Inprimis, vbi Phase mcum Sol actus in orbem,
 Reddiderit. Sacra ante alias, planè esto dierum
 Septima, nec quocunq; etiam temeranda labore.
 Sacra itidem, quæ prima capit libamina frugum.
 Sit sacer, à clangore tubæ qui dicitur, ignis:
 Certus ei neq; desit honor, non hostia desit
 Cum dapibus festoqu; mero, non setiger hircus.
 Sacra sit eiusdem mensis, qui septimus, actū
 Lux decima, & solita pecudum cæde: ipsaqu; prorsus
 Quindecima, hebdomaden totam. Sic nempe, iuueni
 Ut tredecim, duo lanigeri, septemqu; bis agni,
 Ac cum cornigero decimæ tres deinde, duaqu;
 Cum duce balantum, cumqu; agno quolibet vna
 Farris odorati, cumulent altaria, prima
 Luce, pians & praua, caper. Similisqu; sequentum
 Ritus erit. De strage bouum modò demseris vnū
 Quotidiè: dum octaua ducem gregis atq; iuuenicum
 Saltem vnū, septemqu; tamen sibi postulet agnos,
 Et Cereris Bacchiq; decent quæ munera quemq;:
 Exceptis, quæ spontè datis, quæ cætera voto.
 Eius erit modus iste: Mibi quicunq; virorum
 Sacrarit quodcunq;, fidem dicto addet eidem.

Sic

Sic qua, sui quæ degit adhuc sub iure parentis,
 Virgo vouens, nomenqu; meum testata, sciente
 Patre, nec inficiente, dabit promissa: negante,
 Non dabit. Haud quoq; nupta dabit, iurata, marito
 Inficiente; volente dabit. Dabit omnis, & orba
 Et tetrico proiecta viro. Ieiunia verò,
 Et rerum quamcunq; famem stipulata sitimqu;,
 Arbitrio sua vota viri frangetuè, feretuè:
 Cunctantis mora si qua, feret planè. Ipsa marito
 Fata redempturo inde suis vxoria fatis.

Nunc igitur furto lusos, vliscere ferro,
 Ac socia solare tuos nece: Dixit. At ipse:
 Mille tribus det quaq; viros, in bella, volentis
 Vindictam expletura Dei. Bis sena ferorum
 Protinus exilière, tubas instante canoras,
 Vasaqu; pratentante præcul sacra, Vindice stupri.
 Ac primo incurfu flos Midianitidos omnis
 Occubuit, gentisqu; duces, Euiqu;, Recenqu;,
 Nec non Sur, Hur, Rebe. Sui nec in aère visus,
 Aut lapsus anium, non exta notata per aras,
 Non secreta poli, Balaam texere cadentem.
 In prædam venère nurns, natiq;, pecusqu;,
 Et, sua quam iumenta trabunt, immensa supellex,
 Urbibus in rapidos iam deficientibus ignes.

At comitante patrum turba atq; antistite, longè
 Obuius Amramides, spolijs vt vidit ouantes,
 Voce duces grauiore notat: Proh vulgus in vsus
 Fæmineum quos viuuit? An hoc didicisse docente
 (Per Balaam, quæ plena dolis fallacibus, artem)
 Nesci-

Nescitis simulacra deum? nostriq; Iehouæ
Cultibus irritasse grauem exitiabilibus iram?
Expertum cadat omne viros. Cadat omne virile,
Inualidum licet illud adhuc. Sua sola puellis
Virginitas det luce frui. Cunctantibus extra
Castra, dies septem vsq; , quibus vel sanguine vobis
Dextra madet, casuè nocet tactu, euocet eos
Tertia lustrandos ac septima donec, & aër
Exunias, vasa, arma, trabes, vegetabilis afflet.

Eleasar quoq; : Legio (ait) summa ista superna :
Captiuum, q; ab igne redit purum, omne metallum,
Flama domet. Quod flamma vorat, vna expiet vn-
Vestra etiã saga. Et inde pares in castra redite. (da)

Dumq; suo lustrantur ij ritu, ista monetur
Amramides : In partem opera curaq; receptis
Flamine, concilioq; patrum, percenseat omne
Humanum brutumq; caput, virtute subactum,
Militibus prædam ex aquo tribubusq; : Deoq;
Dona etiam sua, primitias, animam ocylis vnã
De quingentorum numero, pecorumq; hominumq;
Pontifice asseruante. Modo hoc, ex sorte gregali
Sacret eorundem sua quinquagesima quaq;
Lenigenis. Mora nulla fuit. Suus omnibus ordo.
Millia captiuarum ouium sexcenta sub hastis,
Septuaginta, & quinq;. Boum ferruginis atra
Millia septuaginta duo. Vicena ter inde
Millia asellorum mille. Et ter dena duoq;
Agminis intachi. Vnde stetit sua portio cuiq; :
Armorum ducibus non indignantibus, ore

Quin

Quin potius Mosen hoc compellantibus vltro :
Adsumus oppresso hoste, tui nos adsumus omnes,
Nec socijs etiam vnus abest. Quid? displicet ingens
Præda. Periscelides igitur, quas quisq; lucratus,
Armillas, torques, lamnas, criminalia, spiras,
Dona Deo votiuã damus. Data protinus auri
Multiplicis pondo, Vate acceptante, bis octo
Millia siclorum septingentiq; sacrorum
Et quinquaginta, ditârunt Fœderis vmbra.

Pascua fecundæ Galaad lazerq; fouendo
Armento opportuna, gregi nec iniqua, bubulcus
Upilioq; , Ruben & Gad, dudum ambo notârant,
Gentis abundantes vtriusq; ; sibiq; rogârant
Propria, submissi patribus : Quas cepimus, vrbes
Nemra, Hesebon, Atharoth, Dibon, Roth, Iegbaa,
Eleale, Saba, Nebo, Beon, tradente Iehoua, (Iazer,
Pastores nos atq; pecus nostrum, vberc gleba
Inuitant : Mereamur ijs, iam sedibus, ipsas
Cis rigui Iordanis aquas, subsistere certis.

Quos Augur rescutus : Eant in prælia vestri,
Sat bene, vos sedeatis, ait. Qua dira cupido,
Cuius insinuare metus, & demere mentem,
Iam fatis quæ certa premunt pede, regna petendi?
An non mortiferam patribus meministis eandem?
Quando Cadisbarne missi, lustrare locorum
Ingenium Vallemq; Botri, telluris amorem
Promissæ excussere suis, & crimine tanto
Offensam meruere Dei, se teste professi,
Non vllum, cui vita decem bis torserit orbes

Anno

Annorum pluresque, Pharon qui liquerit, arua
 Quondam Abrahæ promissa, pio promissa nepoti,
 Tacturum, exceptis Iosuaq; , Calebq; duobus.
 Annorum vnde decem quater extitit error, & istis
 Attritus prauorum hominum diuturnus in oris.
 Nunc patribus longè vos perniciosior ætas,
 Ut cumulum sceleri, sic diuine additis iræ,
 Communis noua causa mali. Non impetus, illi
 Excipiunt, aut ardor agit nos iste: Per vrbes
 Pignore deposito, & gregibus per ouilia, sedes
 Fratribus haud dubias parium, trans scilicet amnè,
 Quæsitis læti cis illum, in bella feremur.
 Quæis Moses: Si certa fides promissa sequetur,
 Si Ihoua duce quisq; virtum transuerit amnem,
 Pugna audus, dum terra iugum nostrum induat o-
 Iam clemente Deo, iamq; Israëlè ferente, (mnis;
 Quam petitis, vertetis humum: Sin fallitis, instat
 Iam tacito pede pœna. Suas sint ergo per vrbes
 Pignora, sit per claustra pecus tuum. Atq; futurè
 Pollicitis, hæc ore dedit mandata: Sacerdos,
 Nunides, tribuumq; duces, in bella profectis
 Annuerent, sed in arma minus sociata, negarent
 Iam Galaad, quacunq; soli regione colonis.
 Dixerat. Et data regna Sehon Ogiq; duabus,
 In partem veniente tribu cessere Manassæ
 Dimidia. Gad ergo, Dibon, Roth, Ieghaa, Iazer,
 Cumq; Sophã Aroër, Atharoth, Bethnemra, Betha-
 Surrexere nouis munita ciuibus vrbes, (ran,
 Et pecori stabula alta. Ruben verò ardua muris
 Nabo

Nabo, Baalmeon, Saba, Cariatimq; , Hesebonq;
 Elealeq; , alio quæuis cognomine gaudens:
 Ut Galaad quoq; , capta Machir, de stirpe Manassæ,
 Atq; Iair, & uicla Chanath de vindice, Nobe.

OCTAVI LIBRI
 FINIS.

BIBLIDOS
 Liber nonus.



ic lætis iã parta quies vbi parua, nota uie
 Dux seriem rerum ipse, suo ceu castra
 mouentes
 Ordine, mandatoq; Dei, crudelibus oris
 Exierint: ut Phase die solenne secundo
 Condiderint, spectante Pharo, primauaq; fatis
 Funera percensente nouis. Sua quippe nocentes
 Attigerat vindicta deos quoq; . Nempe profectis
 Prima Socoth occurrit: Ethan, quæ versus eremum,
 Altera: Phihairothq; , Becl quæ tertia Sephon
 Prospectat: tum quarta iugis quæ Magdalos extat:
 Quinta Marath (calcata freti post stagna) dierum
 Hospita vix errore trium: Sexta Elis, aquarum
 Palmarumq; ferax: Rubrum trans septima ponti
 Ora rigens: Octaua magis Sin horrida: Nona
 Daph-

Daphca: deln exilis *Alus*; Raphidim arida; nuda
 Mons Sinai; voti stolidi damnata Sepulcra;
 Luce Haseroth umbrosa; suis & stridula Rethma
 Iuniperis; Remnonq; Phares vberrima malis;
 Lebna imitans lunare iubar; prestere renidens
 Ressa; Celatha; Sepher cliuosus; Harada; Maceloth;
 Formidanda Thabath; redolens Thare; optima melle
 Methca; Hesmona suo stans robore; vincla volutās
 Hossitibus Moseroth; Beniacan indiga; Gadgad
 Vbere mons, pomis Iethébathe diues; Hebrona;
 Firma Afiogaber; solidis Sin obsita dumis;
 Hor nece Pontificis notus; Salmona quieta;
 Phunon; lactis Oboth ditissimus; ardua tollens
 Icabarim iuga; Dibongad; contemptior Helmon;
 Mons Abarim, Nabo oppositus; quaq; explicat arua
 Plana Bethiesimoth; & Abelsatim horrida spinis:
 Augur vbi, repetenda suis, exorsa Iehoua
 Audyt hac: Per stagna vado Iordanis aperto,
 Quae iam vos, me dante, vocat, ducenda per omnes
 Sorte tribus agili, atq; domos, vt maxima plures
 Excipiat, paucosq; minor, telluris alumnos
 Ferro omnes abolete, suis cum cultibus aedes
 Monstrificis, & signa deum, lucosq; vetustos (stis,
 Sternite. Non stratum, omne oculis spina, ordino, re-
 Ac lumbis stimuli instar eris, semperq; reluctans:
 Vt quae nunc stant forsā ei, vos fata sequantur.

Sic autem metire solum. Quae prospicit Austrū
 Pars, ab Idumaea Sina curuetur ad Eurum,
 Qua saluum mare, quaq; polo caua brachia pandis
 Scor-

Scorpius, in Semna, vsq; Cadesbarne, vltima tangēs
 Ruris Adar, gyroq; premens Nili agmen, & ipsum
 Oceanum; qui cardo plagae spectantis Iberos:
 Arctoum latus vnde means quoq; celsa per Emath,
 Et Zodada Ebronaq; sinus, confiuibus Enan (phnes
 Desinat. Hinc Sephama ipsa tenens & Rablatha, Da-
 Propter aquas, ad regna, quibus Sol surgit, & annē
 Meta suum Salsumq; fretum, suprema recurrat.

Audierat, quantusq; data foret ambitus orae,
 Sorte tribus versante, sua iam parte duabus
 Contentis mediaq; vagas trans Iordanis vndas,
 Rettulerat; cum forte virum quoq; nomina, terras
 Qui dirimant, prodente adyto, cognoscit aruspex.
 Scilicet Eleasar, Nunides, primaq; gentis
 Lumina: Gausus Iephone genitore, Calebus,
 Stirpis Iudae: Semuel, cui praebuit ortum
 Ammiud, de stirpe graui Simeonis: Elidad
 Beniamides, Chaselone satus: Solamen Iogli
 Danides, Bocci: Hanniel, prognatus Ephodo,
 Gente Manassae: Camuel, Siptane creatus,
 Ephramides: Cui Zabulo auus, Pharnacis alinus,
 Elisaphan: Genus Issachari, sator islius Ozan,
 Phaltiel: Afer auus, Selomi pater huius, Abiud:
 Nephthalides demum, Ammiud genitore, Phedael.

Assignent etiam Leuitis oppida, sedes
 Nempe, suburbanosq; lares, & compita mandris,
 A muris quae mille gradus circum vndiq; discent,
 Ac duo procurrant in Solem millia primum,
 Occiduum, auersum, medium. Sex insuper horum,

Qua quadraginta numero tribuantur & octo,
 Sint fugiat non spontè reus quò cadis, asyla,
 Cis fluium terna, & totidem trans, casibus ara
 Iure perorandis, ac cælo teste. Cruentus
 Sponte sua, & ratione nocens quacunq; , vel ense,
 Vel saxo, præsertim odio ignescente nouisq;
 Insidijs, lignoûe, cadat deprensus, amica
 Præcipitati vltice, manu. Non spontè cruentus,
 Sed casu, sed dempto odio insidijsq;, vel ipso
 Dante magistratu, vitam lucretur, & iram
 Actoris cauturus, ea, quam prendit asylum,
 Pontificis, sanctio vnti oleo, lethum vrbe moretur,
 Tost patriam tutò optet humum. Non ille moratus,
 Exulibusq; datos fines eg, essus, & armis
 Pæna audio interceptus, id expirarit inultus.
 Hac vestri quoq; semper ament præscripta minores,
 Testibus vt sua causa fori, non teste probetur;
 Insontiq; cruore madens plaga, fonte pietur,
 Ac placeat mihi vestra domus sacrauda colenti.
 Dixerat Ecce duces Galaad, de stirpe Iesepbi,
 Auguris ante stetere pedes, hoc ore: Veremur,
 Ne cum sint mandata tibi data cælitus, omnis
 Iugera fortirere soli, patrioq; puellas
 Iure frui paterere, sator queis Salphaad olim,
 Alterius si fortè tribus connubia sperent,
 Iacturam translata bonis dos afferat vllam,
 Ac sortes confundat, vbi sua iubila, sedes
 Alternante vehat vice quinquagesimus annus,
 Quos monitu sic ille Dei resecutus: Eodem,
 Ne du-

Ne dubitate, eadè ore fremo, atq; ita dulce Iehoua:
 Vincla, sua modò gentis, ament quacunq; Sorores,
 Ne qua tribus mixtura secet, sed sexus vterq;
 Iura thori, cognata sibi, petat, ordinis ergò.
 Accessit dicto ipsa fides: Patruelibus inde,
 Dote suam seclante tribum, nupsere Puella.
 Spectabat metas iam quadragessimus annus,
 Mensis & vndecimi pellebant astra calenda,
 Orebo cum monte dies gens aspera Iuda
 Undenos progressa, Scir per deuia celsi,
 Usq; Cadesbarne, atq; vado transmissa patente
 Iordanis, domitoq; Sehon insignis, & Ogo
 Regibus, è regione rubri longè aquoris, inter
 Vasta Pharan; et lustra Tophel, Haferothq;, Labaâq;
 Auri vbi vis immensa, Moab sedisset in aruis,
 Detinuit dictis audias dux talibus aures.

Orebo traxisse moras, diuinitus illic
 Retracto præcepta mihi, suffecerit, ite
 Nunc, & Amorrhaos, declinia plana q;, fines,
 Quæq; propinqua iacent illis, mare versus & Au-
 Arua Chananai Libaniq; beata, sub ipsum (strum,
 Euphratem, captate, ferro que cuncta, tenendi
 Maiorum quò certa fides, quò certa minorum.
 At vestri incrementa videns ego tanta (quid? astra
 Se vinci numero, ipsa ferunt) maiora fauore
 Qua precor augete Deo, cum rebus agendis
 Me quereret minùs esse parem, sociosq; rogarem
 Imperij, pietate graues meritisq; virorum:
 Indultu vestro, esse duces iussi, atq; tribunos,

Officijq; forent memores monui, æqua tribunal
 Pressantes vt iura darent, discrimine nullo,
 Ciuibus hospitibusq;, Dei vice; iurgia causæ
 Visa sibi perplexa, mihi dirimenda referrent:
 Et vitæ quæ plura dedi præcepta regenda.
 Unde recedentes, vastis errauimus oris,
 Montis Amorrhæi per prona, volente Iehoua;
 Inq; Cadesbarne: ecce solum, dixi, ecce tot annis
 Dulce, capeffendumq;, fides sit vt addita fatis,
 Ne modò, ne trepidate metu. Cumq; ire placeret,
 Lustrarent qui cuncta oculis, aditusq; referrent
 Quarendos in regna, viros nisi, omnibus illos
 Bis sex electos tribubus. Qui monte potiti
 Extremo, & Conualle botri, documenta locorum
 Prima benignorum, fructus retulere, bonamq;
 Quam Deus ostentaret, humum meminere. Sed ausi
 Vocibus indubitare, moras traxistis, in ipsum
 Soluentes etiam ora Deum: Septemplice Nilo
 Elicuit, quos odit; & huc prædam hostibus vnâ
 Traxit Amorrhæis. Quas nunc, quòd robore longè,
 Quòd numero, quòd summa poli ferientibus astra
 Urbibus, horrificante colunt quas mole gigantes,
 Stirps Enacim, superemur, eo sermone gelatis
 Cordibus ingeminante metum, calcamus arenas?
 Ac trepidos firmari animos: Insistite fatis,
 Quo gradimur ductore, Deus vos turbine rerum
 Eximet, vt spectante Pharo, spectastis vt ipsi,
 Per loca tot deserta. Tulit vos quippe Iehoua,
 More patris, paruam gremio gestantis alumnæ,

In cunctis huc vsuq; vjs. Neq; fidentis illo
 Sic etiam, signante vias, nunc ignibus & nunc
 Nubibus, ac metante locos stata castra tenendi.
 Vocem equidem indignatus eam, se teste probauit,
 Non vllum, promissa licet maioribus, atua
 Istorum intraturum hominum, cum p̄ncipe nato
 Te præter, venerande Caleb. Quid mirer, easdem
 Ipse minas, vos propter, adhuc audire coactus?
 Tu quoq; nõ pede rura preces: Tremet illa minister
 Nunides successor, ad id stimulandus, humumq;
 Sorte capeffendam paruis, fandi atq; nefandi
 Indocilis discrimen adhuc, quos omine lauo,
 Abreptos matrum vberibus, statuisistis ituros
 Seruitum. Vos ite retrò, in deserta, per aquor.
 Pœnituitq; erroris vbi, pugnare paratos,
 Ad nutum; & iam summa iugi peteretis, in armis;
 Ihoua mihi: Nec eatis, ait, neq; prælia detis,
 Hostibus auerso me vestris terga daturi.
 Audistis mandata minus, fastuq; tumentes
 Istis ad alta iugi. Sed in obuia protinus istis
 Agmina, vos crebro, instar apum, pungentia pilo,
 Aq; Seir Hormam vsq;, fugam terrentia vestram:
 Vnde, preces vanasq; Deo spernente querelas,
 Inuisa regione Cades tot sedimus annis.
 Auditi tandem, inde rubrum mare versus, eremi
 Contigimus, circumq; Seir, trans tempora, cursum
 Fleximus, haud sine mète Dei, mihi fantis, ad Arctò
 Tendendo, montana, sibi quæ vendicat Esau,
 Nostrorum stridore pedum inconcussa manerent.

Cum non sit, tantum inde soli quod auere velimus,
 Contineat quantum vna pedis nota. Fonte ciboq;
 Utendum empto. Opus omne tuum qui rexis iterq;
 Per nullis aduunda viris deserta, tot annos,
 Nec passus, qui deesse tibi, pateretur & Is ipse,
 Ex Elath cum rursus iter per plana fuisset,
 Ambita tellure Seir, & prima Moabi
 Alberent inculta; nihil cuperemus eorum,
 Neu qua pararemus cognatis bella colonis,
 Edixit. Nec enim esse, velis sperare quod inde:
 Cum Lothi stirps iure suo, Ar aret. Illius Emim
 Indigena quondam, ampla nimis, nec mole gigantū
 Inferior, grandiq; Enacim gens credita stirpe,
 Atq; Moabitis cognomine nota vetusto.
 Horrhaïs verò ipsa Seir habitata, recepit
 Esauidas, sua sicut humus fatalis, Iacob.
 Unde etiam iussi ire, Zared accessimus anni.
 Cum, nobis deserta Cades postquam, annuus orbes
 Ter denos cursu sol compleuisset & octo
 Interea, dum Marte ferox, iurarat vt ultor
 Delendum per castra Deus, genus omne virorum
 Occideret: similiq; modo, confine Moabi
 Radentes Ar, clade procul quoq; finibus Ammon
 Ireminus, nulloq; Lothi quem vendicet vnum
 Progenies sibi fera, loci terrore, monerer.
 Hac quoq; terrigenis (quos Zomim nuncupat Am-
 Monstra hominū) extinctis debellatisq; Iehoua, (mō,
 Culta olim, aſi habitata nouis loca deinde colonis.
 Utq; Horrhaeorum cessere nepotibus Esau:

Sic &

Sic & Heuacorū, inde Haſerim Gazam vsq; tuleris
 Cappadoceſ poſſeſſa. Agedum, torrentibus Arnon
 Transmiſſis, quem ſubdo tibi, fer bella Seboni,
 Regi Heſebon, domitiq; ſolo conſide reperto.
 En iam hodiè, quas pronus equis Sol cernit & ort⁹,
 Prauertente tuos aduentus indice fama,
 Ut paueant, velut aure pauet, totoq; tremiſcit
 Corpore parturiens, terroribus impleo gentes.
 Sed miſi, qui dicta duci diuerſa referrent:
 Esauidas imitate bonos, facilemq; Moabum,
 Da noſto tua calle via tranſcurrere regna,
 Sic vt me neq; laua vocet, neq; deuia dextra;
 Ac panis, fer, vt emptus alat, liquor impleat empt⁹,
 Dum ſuperem Iordanis aquas, & debita fatiſ
 Arua petam. Non ille tulit, tibi nempe domandus
 Viribus, indurante Deo: Et caligine belli
 In furias, in fata ruens, cum prole ſuiſq;
 Quam tibi iam tradebat humum minor, ore momor-
 Ciuibus, agricolisq; ſimul cum pignore caſis, (dit.
 Munitas nos, quotquot erant, inuaſimus arces:
 In praedam cecidèſ pecus, grandiq; ſupellex,
 Et quas non ſperaviſti, opes, à diuite lymphis
 Inde Aröer, Galaad decliuis ad vsq; nouales:
 Intactis, vt cunq; Deus qua ſalua volebat.
 Hinc igitur nobis vicina laceſſere bello
 Regna datum: Primumq; auidas certaminis Ogo,
 Rege Baſan, ducente acies, mihi Ihoua: Timorem
 Pone: tuum eſt, quodcunq; trahit, quodcunq; reliq;
 Hoſtis, humū (velut antè Sebon) morſurus inultam.

S Q

Dixit

Dixit. Et occumbente virum cum stragibus illo,
 Oppida ter vicena, sino castella, quot Argob
 Diues habet, turrita, suis & stantia claustris,
 Frangentes, simul omne truci damnauimus igni,
 Omne neci, non vlla habita ratione, vel aui,
 Vel sexus: spolia atq; pecus seruauius omne.
 Ac puncto quasi regna duo possedimus vno,
 Trans Iordanis aquas, riguis à fontibus Arnon,
 Ad montem, quem celsa Tyrus Sariona, Sanirum
 Dicit Amorrhæus, quid & his interiacet, Hermon:
 Omne Basan Galaadq;, sitas per plana tot vrbes,
 Vsq; Edrai Selchamq;, quibus male polluit Ogus
 Ille, Gigantæa solus de stirpe superstes.
 Cuius (adhuc ex ære Rhabath quæ susinet Ammon)
 In longum, lectica nouem, mensura virilis
 Quæ cubiti, in latum comprehendit quattuor vlnas.
 Iam Ruben, iam sorte sua Gad, iamq; Manassa
 Dimidiata tribus, gaudent. Huic contigit Argob:
 Quæq; Basan est dicta prius, nunc dicitur Hauoth
 Villa Iair, Galaadq; Machir: Pars istius illis,
 Vsq; Ieboc, Ammon qui terminus extat, ab Arnon;
 Planaq; deserti, cum Iordanis amne, Phasaga
 Radices ad & vsq; fretum Salsum, atq; Cenereth.
 Ac memini tunc dicta: Tonans hæc propria vobis
 Arua dat, inter eaq; domos ac moenia proli,
 Coniugibus, pecoriq;, tribus præcatis in armis
 Dum reliquas, delecta manus, similiq; locetis
 Sede, reu rsuri. Iosue quoq; dicta, recordor:
 Te reges spectante duos vt munere lucis

Exiit

Exiit imperijq; Deus: Sic exuet omnes;
 Quos bello tu cunq; petes. Ergo acrior ipso
 Præsidio certamen ini. Neq; poscere votis
 Erubui: Tua, magne Sator, sit quanta potestas,
 Te pridè reterege, suo. Nec enim alter olympto est,
 Aut terris, qui sceptris tuis gerat amula, rebus
 Et gestis tibi certet. Eam sine, transq; fluctum
 Egregios contempler agros, ac frondeat in astris
 Qui medijs, nitido Libani cognomine, montem.
 Vos propter, tulit aura preces, ego numinis iram:
 Parce queri, superasq; gradu iuga summa Phasaga,
 Specta Eurum, Zephyrum, Borean, Austrumq;, cis
 Mansurus. Transibit eum dux Iosua, latus (annem
 Ore tuo, visasq; tibi sorte infidet oras.
 In conualle, Phegor contra sic hasimus adem.
 Nunc age gens præstante sata Israële, fer aures
 Præceptis, quæ trado, Dei, queis plena, fruatis
 Luce, voluntatiq; tuæ rata regna capeffas.
 Deme nihil, nihil adde. Beel quæ pena colentes
 Obrucrit, sub corde tenes, & munere legis
 Seruata, seruaris adhuc. Serueris vt olim,
 Fac serua seruanda, tibi memorabilia vnde
 Surget honos, populosq; loquens te fama per omnes:
 En gentem, quæ mente vires, quæ robore pollet,
 Quæ numero, dilecta dijs. Dilecta profectò
 Ante alias. Quam (testor) enim sua numina curant,
 Ut nostrum nos curat, amat, turatur, & audit?
 Quæ ritus, quæ sacra, dies quæ sedula festos,
 Quæ leges ac iura tuis habet aqua, colitne?

Ergo

Ergo tui memor, ista colas, & fixa medullis,
 Assidue seros doceas repetita minores.
 Quippe tuis deprensa oculis, quippe auribus hausta,
 Quando Deo tonitrus agitante, suiq; tremendis
 Vocibus incutiente metum, sub monte, tenebras
 Flammarumq; globos procul eructante, stetit sibi,
 Ipse latens medio igne, dedit mandata, decemq;
 Praecipue sanxit, tabulis incisa duabus,
 Me cultus, me iura, tibi inculcanda, pieq;
 Fatali poteris vbi tellure, tenenda,
 Edocuit. Si qua ergo tuae tibi cura salutis,
 Illa tene, nullamq; parem reminiscere lucem,
 Quam quae tunc illuxit, vbi fas ferre tonantem:
 Ne quis te malus error agat, simulacra figuris
 Sive dei sacra, sive dea, mortalis, & omnis
 Vel pecoris, sulcantis humum, vel praepetis, auras
 Tranantis, vel vermis, humi repentis, amatas
 Vel piscis verrentis aquae, vel deniq; Solis,
 Aut Luna, stellaq; polo radiantis, in usum
 Humanum, vt magni digneris honore Ihouae;
 Qui sua te varijs exoluit gaudia vinculis.
 Iuris enim nunc nonne tui es? Mihi iniquior ille,
 Te propter, transire vadum, terraeq; colonum,
 Quae tibi iam patet, esse negat: patet ista sepulcro.
 Ossibus haud onerosa meis. Tu vade, memorq;
 Paetorum, finxisse caue sub imagine diuos.
 Nescit enim renuitq; parem Ihouae amulus ardor.
 Ausus, humum hanc manesq; pios & sidera testor,
 Ausa lues, luet ausa nepos, non tempore longo

(Quos

(Quos petis) inessurus agris; ab numinis ira,
 Contemptum indignante sui, eiciere vicissim,
 Et populos, minuere quibus dispersus in omnes,
 Humana fabricata manu, de marmore, ligno,
 Aere, auro, argentoq; coles, expertia sensus
 Numina, tum nullius opis. Verum aspera rerum
 Circumstent te quanta, videns, & stulta furoris
 Sacrilegi delicta dolens ex corde, petensq;
 Experiere Dei veniam, mentemq; benignam:
 Quod timidi pietate labans, indulgeat ausis,
 Teq; memor voti, nolit cum stirpe recisum.
 Secla retrò consulta vide, vel ab orbe creato
 Percensens, & vtrunq; polum, num proferat atas
 Exemplū tale vlla, Deum quod ab igne loquentem
 Audierit gens fortè, velut tibi contigit, alto
 Aut caelo lapsum esse, sibi quod gentibus vnā
 Omnibus electam, tot per discrimina rerum,
 Signa, notas, portenta, minas, monita, omina, visus,
 Prælia, robustamq; manum, extentumq; lacertum
 Testaretur, vt ipse, Phario deducte, notasti,
 Certus, cum solum esse Deum, vox cuius ab astris
 Te surdum doctura, ruit, terrisq; refulsit
 Flamma tibi manifesta: tuos quia pectore toto
 Accipiens, dilexit auos; instarq; peculi
 Selectos, Phario deduxit ab orbe nepotes
 Mirus, vt aduentum ante tuum te fortior omnis
 Occiderit, dederitq; suum tibi natio regnum.
 Hunc igitur tu crede Deum, qui mitibus horis,
 Qui nutu terras, freta, sydera temperat vnus:
 Ac qua,

Ac qua, me referente, tibi dat iussa, quietem
Vt nullo turbante, colas data rura, faceffe.

Ista recognoscens, trans anmem terna, sub ortum,
Quò fugiat non spontè nocens cade, optat asyla :
Est qua deserti spacijs porrecta, Rubenis
Et tribui assignata, Bosor ; Ramothq; secundum,
In Galaad, Gadiq; tribu ; Colanq; Manasse
In Basan. Lex hac, ritus hi, iuraq; demum
Augure retractante, Phari post arua relicta,
Auribus insonuere cauis, trans Iordanis vndas,
In conualle, Phégor contra, tellure Sehonis,
Regis Amorrhæi, alta Hesebon cui regia, cuiq;
Deniſto, terras genus Israëlís, vt Ogo
Eripuit sua rura Basan, duo regna sub ortu,
Inde Aröer, quam pulsat aquis stagnantibus Arnon.
Ad sacrum collem vsq; Sion, cognominis Hermon,
Desertiq; fretum, decliuís & ima Phasaga.

Hic rursus in cætu nota ora resoluit aruspex :
Quæ recolens loquor, aure bibas, auditaq; præstes.
Haud patribus, quos longa dies iam funere carpsit,
Sed nobis, superesse datum queis, fœdera sanxis
Orebo concepta Deus, mihi ab igne, liceret
Cum propius tibi ferre pedem minüs, ore locutus
Comminus, vtrorumq; ratus dignum ire sequestris ;
Horrenda sic voce tonans : Ego numen idipsüm,
Quo duce seruitium fugisti triste Canopi.
Non alios quoscunq; deos, me præter, habeto.
Nullius effigiem cælouæ, mariuæ, solouæ,
Sculpito adorandam ; me numine, cedere laudi

Igna-

Ignaro alterius, delictaq; patria natis,
Et qui me seris odere nepotibus, vsq;
Ad ternum quartumq; gradum, inculcante ; meiq;
Legis & igne mea captis, in plura fauente
Millia. Non vsu diuinum nomen inani
Fortè profanato : nec enim temerâris inultus.
Sabbata, quæ præcepta tibi, celebrato, diebus
Sex operare ; quies operum quæ septima Ihouæ,
Sit tua, sit sobolis, sit vernæ, asiniq; bouisq; ;
Et qui sub trabibus degit tecum hospitis ijsdem,
Te seruum externumq; memor Pharaonis : at illi
Ereptum per mira iugo. Auscultato parenti,
Crescentes data rura tibi culturus in annos.
Non morti dato. Non thalamos violato pudicos.
Non furtum facito. Non incusato querelis
Infontem. Alterius non coniuge, limine, rure,
Mancipio, boue, factu, asino gaudento, nec vllis,
Quas rerum possessor habet. Tibi dicta stupenti
Ista tenes, in monte, faces nebulasq; vomente,
(Non sine voce, mouente animos) inscriptaq; saxo.
Unde tremens, proceresq; trahens, me talibus orsis
Ambisti : Ecce, Dei sit quanta potentia nostri,
Maestas sit quanta, datum est audire, loquentis
De medio igne ; datum non ignorare, loquente
Ipso, hominè haud obisse. Metu exanimabor et astu,
Audiero si vocem iterum. Quis ab igne loquentem
Audiat, excipiatq; Deum mortalis, vt isto
Audio, suslineoq; die : Quin arbiter audes
Tu propius conferre gradum, & quæ iusserit, audis,
Atq;

Atq; mihi facienda refert? Cùm vocibus vltro
 Occurrit, plausitq; Deus; Mens vnde timenti
 Me populo hac, legemq; meam et mandata verenti,
 Ac sibi pignoribusq; suis fata e qua merenti?
 Dic eat, & sua castra petat. Tu stato, rudemq;
 Qua discis, facienda doce. Discite ergo, docentis
 Te nostri precepta Dei, nec tramite inisso
 Exerra, si laua vocet vel dsuia dextra,
 Ut felix, ut saluus ares tua iugera longum.
 Audi, inq; gens chara Deo, & lato excipe plausu,
 Quae tibi, qua fero iura tuis, ritusq; tenendos,
 Ut crescas, ut lacte petas ac melle fluentes
 Posside asq; locos, fatis donantibus, audi.
 Est cali terraeq; Deus moderator & vnda
 Unus. Eum ex anima, ex animo complectere toto,
 Et tota, qua surgis, opum vi. Sensibus imis,
 Quae iussus tibi trado hodie, praecepta repone,
 Atq; iacens, surgens, gradiens, stans, nensq; sedens-
 Progeniem meditata doce, defixaq; semper (que,
 Ante oculos, inscribere vola, quasi signa, tuoq;
 Limine, parietibusq; laris. Tellure positus
 Praecipue, quam fata Abraha, Isaaco, atq; Iacobo
 Decrevere benigna atavis, cum rexeris vrbes
 Haud structas tibi: cumq; domos habitatis, onustas
 Diuitijs, sudore tuo sine: fontis & vndas
 Quae fodere haud tibi cura, bibes: cum Pallade col-
 Et Baccho excuties, quos nõ tua dextra subegit, (les
 Excutias ne forte Deum, iuga munere cuius
 Fugisti Pharia illa, caue satur. Ipse timendus

Unus.

Unus, & ipse tibi iurandus, & ipse colendus.
 Fictitios, queis vota ferunt alia vndiq; gentes,
 Sperne deos, ne quando furor Ihoua amulus, illis
 Te miscens, extirpet. Eum ne, suadeo, tentes,
 Ut quondam. Quin iussa libens gere, quaeq; voluntas
 Ipsius sit porro, vide, cumulandus honorum
 Muneribus, terraq; bonis, procul hoste fugato.

Si prolem nouisse tuam iuuet, vnde, vel vsu
 Quo data sint ea iura, mone: Iuga dura ferentes
 Aegypti, miranda manu per signa potente
 Asseruit nos Ihoua, tructis Pharaonis in aula,
 Et ductis inde, ista dedit (maioribus olim
 Quae pepigit memor) arua; volens simul, omnia legi
 Iura, suiq; metum, vt nobis benefiat, amemus.

Iamq; dato fatis à mitibus, orbe quieti,
 Nulla Pherezaus, Chananaus, Hethaus, Heueus,
 Gergezeus, Amorrhæus, te robore longè
 Nobilior numeroq; licet, deuictus acervo
 Stragis, Iëbusæus item, vel fœdera pacis,
 Vel thalami alterni, tanquam insidiosa, tibiq;
 Ob malè neglectum me funestissima, speret.
 Vertendas potiùs vanis cum cultibus aras,
 Frangendas statuas, cadendas saltibus vmbrae,
 Cumq; suis vrenda djs sacraria, speret.
 Namq; tuo gens sancta Deo es, selecta q; cunctis,
 Non quia fortè prior numero, sed digna fauore,
 Ob quondã iam ad certa patres commercia tractos.
 Ipsi operis exempta vacas seruilibus ipsi,
 Qui validus, fideiq; memor, sua iussa secutis

R

Indul-

Indulget, per mille gradus, & digna rependit
 Commeritis. Quin ergo tenes, qua mando, retentet
 Ipsa etiam vt tibi pacta Deus, te diligat, & te
 Multiplicet, factumq; tuum, armentiq;, gregiaq;,
 Ac vini, frumenti, olei, telluris in auret.
 Pra populis tollere alijs, nec semine forsan
 Aut hominũ aut pecudum sterili testabere quicquã
 Languores, quibus ipsa sibi Pharos excidit, omnes
 Hostibus incutiente Deo, tibi Marte terendis
 Nil miserante, nec vlla sui pestem vsq;, colente
 Numina, vel potiora suis licet, arma pauente.
 Signa Pharo dominata, Dei virtute, manuq;
 Praualida, studijsq; fuga tibi visa, recurrant.
 Quos horres, eadẽ ipsa manent, vel bella crabraonũ,
 Delendos; modò pone metum, duce fretus olympo,
 Quo partes sectante tuas, gens occidet omnis,
 At sensim, ne bella paret tibi turba ferarum.
 Colla ducũ tumefacta premens pede, nomina tollẽs;
 Exures simulacra deũ, nil diuite captus
 Materia, quod & ista refert, anathemate diro,
 Ne res facta Deo fias, illius auarus.
 O felix, dignate meis hortatibus aures,
 His etenim viuẽs, his multiplicabere, latus
 Sede noua, exilijsq; memor, tot adire, tot annis,
 Te casus adigentis, vt indubitata pateret
 Mens tua, nec simulata metu reuerentia legum.
 Insolitum tibi Manna cibus, neq; futilis index,
 Pane quòd haud solo, tacito sed robore verbi,
 Emergentis ab ore Dei viuẽtis, alaris.

Non

Non vestis tibi trita fuit, non vincula planta;
 Cen breuibus sua mater aues insurgere pinnis,
 Ceu teneros pietate parens, & moribus annos
 Erudit, hortaturq; sequi virtutis amorem:
 Doctus ita es peragenda Dei praecepta timendi,
 Ac vita melioris iter, terraq; petenda,
 Qua riuus, qua diues aquis, qua fontibus vndat
 Per cliuos, per plana, potens largo vbere gleba,
 Granati, ficus, olei, mellisq;, meriq;,
 Luxuriaq; dapum, crassi nec egena metalli,
 Vt grates, his vsus, agas, mandataq; serues,
 Ne satur, armentiũ, gregia, laris, vrbis, agelli,
 Argenti, auri, omnisq; rei ditantis, abundans
 Intumeas, spernasq; Deum, qui tristibus oris
 Expediens longoq; iugo, per deuia rerum,
 Qua draco, seps, iaculus, dipsas, crocodilus adurunt
 Flatibus, & vapor imbris egens, te rexit: acuta
 Elicuit qui caute lacum: caeleste supernis
 Nec notum, qui Manna pluit, qui ferre labores
 Te voluit tot, vt ire minor, viresq; studeret
 Acceptum sibi ferre tuas, vt gratia pacti
 Stet patribus iurata sui: qui verterit idem,
 Aduentum ante tuum populos euertit vt omnes,
 Te, casum scio, mente deos recorde sequentem
 Incertos, legiq; sua parere negantem.
 En hodiẽ in Iordane, sinus pandente, secundum
 Exemplum cape, sicca pedum vestigia ponis,
 Irruptum caelo surgentes manibus vrbes,
 Et victum proceram viros ob membra tremendos:

R 2

sed

Sed ponis præeunte Deo, qui feruidus ardor
 Ad cadem tibi sternit iter, promissa daturus:
 Ne domitis tumefactus ijs, virtute triumphes
 Fortè tua (quæ nulla fuit) vel laude superba
 Iusticia; cum morte sue impietatis abundè
 He gentes commissa luant, certamq; tonantis
 Exhibeant promissa fidem. Non ergo, quod insons,
 Ista tibi data regna putes, cum prædita duro
 Ingenio sis turba. Feras, reminiscar, vt inde
 Digressu à primo, cælestem moueris iram.
 Testis adhuc Orebus erit, tibi dira minatus.
 Huc tabulas, quibus ipse Deus sua scita duabus,
 Quæ terrente animos modò promulgârat ab igne,
 Sculpserat, acceptatum ieram, pressiq; cacumen
 Quadraginta diebus, inops vndeq; cibiq;
 Acceptis tandem, ista meas vox impulit aures:
 Hinc age mox decurre, tibi deducta Canopo,
 Quod dixi, neglexit iter gens, numine factio.
 Heu dura ceruicis cam sine, nomine terra
 Nubila succedente, teram, tu magna futurus.
 Fumifero de monte volans, ductoq; per artem
 Te vitulo peccasse videns, quid? & indice nostro
 Monstratam liquisse viam, stimulante dolore
 Ante tuos proiecta pedes, ab marmora fregi.
 Nec piguit, remeare iugum, procumbere vultu
 Tot noctes, tot, vt antè, dies, sine fonte ciboq;
 Ac merita veniam lacrymis vitamq; precari
 Stulticia. Nec enim ira mihi quid tanta pararet
 Ingotum. Rata vota tuli, fratremq; periculo

Eri-

Eripui. Nec vestra manu violare peperci
 Numina. Corruptus, contritus, & ignibus vltus,
 Quæ de monte cadebat, aquæ cinis incidit Apis.
 Murmura prætereo, tot & ausa nefanda, Deiq;
 Contemptum, suadentis opes legione vagante
 Hostiles tentare, datis & fidere terris.
 Quid moror? imperij immemores, ac credere tardos,
 Ex qua vos noui inde die, semperq; rebelles
 Arguerim licet, ora tamen proiectus & ambas
 Ante Deum cum voce manus, ita sæpè rogavi:
 More boni quos patris amas, ostenta redemptos
 Quos per prodigiosa, Pharo deducis iniqua,
 Parce tuis, bone Ihoua. Memor constanter auorum,
 Non culpa moueare, nec asperitate nepotum,
 Cauturus, trahis vnde tuos, conuicia gentis:
 Pollicitis quia facta suis nequit addere vltus,
 Odit, & hinc exiuit eos, deserta necandos
 Per loca: qui tua turba sumus, deducta potenter.
 Orantem subit ille: Dola duo saxa: dolauit.
 Fac arcam compage Setim: feci. Affer, & infer
 Quæ tabulis iterata nouis calauero verba.
 Attuleram: notat ipse decem, quæ montis ab aflu,
 Staretis cum plebs humeris condensa, notârat:
 Datq; mihi. Data, monte tuli, capsaq; locaui.
 Ex Beroth, tellure Iacan, tunc agmine raptò,
 Sedimus in Mosera, ossa cubant vbi frigida summi
 Pontificis, sumpsitq; patris cum munere vittas
 Eleasar. Placuerè vices, nunc vberè Gadgad,
 Nunc fluijs & amata suis Iethèbatha riuus.

R 3

Cessit

Cessit onus Leui & amplius honos vbi, fœderis arcu
 Gestandi, Ihoua q; preces & sacra ferendi.
 Unde minùs, quod speret, habet de sedibus, hares
 Participans data dona Deo. Qui lentus in ira
 Tunc etiam, mihi: Vade, tuis moderator ad arua,
 Que patribus promissa, dabo. Quis munera dantis
 Respuat? aut neget ire vjs, quas pandit? amantem
 Ex animo non rursus amet, metuatq; colendum?
 Nec, quæ dat, mandata paret, mercede mouendus?
 Ille licet det iura polo, fulgentia spectet
 Sub pedibus licet astra: patrum tamè actus amore
 Atq; tui, chara sibi gentis, & omnibus oris
 Præalata, quod cernis, eò inuitandus, vt arctans
 Duriciem cervicis eam, præputia ponas
 Pectoris, haud fastidit humum, Deus ille deorum,
 Et dominans, nutuq; mouens hæc cuncta tremendo.
 Qui non illaqueatus, homo velut, adslupet auro;
 Sed viduis orbisq;, Midis & egentibus, aquum
 Defendit, gentilis amans, quem vestit alitq;,
 Exemplum tibi, Memphis eras qui mobilis hospes,
 Vnus adorandus, tua laus, iurandus & vnus
 Ille, animas patrum qui septuaginta profectas
 Ad Nili arua, refert plures radiantibus astris.
 Et dubitas, quæ mandat, adhuc differre? Reuolue
 Pignoribus non nota tuis, non visa Iehouæ
 Acta, triumphantesq; manus: Vt mira tyranno,
 Ut regnis, aciebus, equis, & curribus, ora
 Niliaca ostentârît; Aquis vt nostra prementes
 Terga, Thetis reuoluta viros simul hauserit omnes.

v8

Vt loca per deserta quies pægra, atq; laborum
 Nos series impuensa, locos versârît ad istos.
 Vtq; Dathan cû fratre, Deum contra arma mouen-
 Inciderint, Erebo mergente, nocentib; vmbriis. (tes,
 Hæc oculis manifesta tuis, vt dicta secutus,
 Introëas, teneasq;, tibi quæ debita, terram
 Sospes, abundantem mellis lactisq; liquore.
 Non ea, sicut hiulca Pharos, sine nubibus vber,
 Non rigidi secura poli, nec in arua refusus
 Curgitibus contenta: Sed hîc montosa, sed illic
 Plana, sed effusi cælo imbris & indiga Cari,
 Quem menses vtrunq;, Deo tribuente, per omnes,
 Vfus vbi deposcit, habet. Nec egebit vtroq;.
 Tuq;, tuis præcepta tenens infixæ medullis,
 Farra manu robusta metes; tibi bacca vel vus
 Aut olea, pede trita, dabis præloq; sapores;
 Ac pecori detonsus ager fœnum. Iste negabit
 Vt gramen, sic germen, aquas & olympus iniquus,
 Te lapides venerante dcos, ideoq; cadente.
 Præsiterit, quæ dico, animis manibusq; tenere
 Atq; oculis, quasi signa, tuos, seu sedibus astes,
 Seu sedeas, seu forsan eas, iaceas iue, docenda,
 Et valuis scribenda, data vt tellure moreris,
 Ac stirpis genus omnesequens, dum pendulus orbî
 Incumbet polus: atq; tenens ea, cladibus hostes
 Contundas, sternente Deo. Vestigia gressus
 Torquebis quocunq;, locus tibi seruiet omnis.
 Libanus, Euphrates, desertum, littus Iberum
 Imperij tibi limes erunt. Terrente Iehoua,

R 4

Tota

Tota tibi trepidabit humus. Nunc elige, primum
 Quod placeat: malisne, sequens præcepta, beari?
 An fugiens, frangi atq; mori? Quorū illud, in aruis
 Te sidente tuis tandem, & statuente, GariZim:
 Istud Hebal, trans amnis aquas, qui Thetyn Iberam
 Atq; Chananai spectant campestris, montes,
 Galgalis è regione, locus quæ vallis, habebit.
 Iam fluvius dat ad illa viam, sed alacribus isto
 Dat monitu, qui sæpè tuas delinijt aures,
 Marte suis vt victor agros cultoribus omnes
 Depopules: Vt amore Dei, quos inscia suafit
 Relligio, indignere deos, indignaq; cultu
 Diuino, simulacra cremes, pereuntibus orbe
 Nominibus, densisq; ruas cum frondibus aras:
 Ut, fuerit qui sorte sacer, sedesq; Iehouæ
 Lecta, tribu quacunq;, locum sine fine frequentes.
 Hic flammis des exta: preces hic, cymbia, thura,
 Primitiæ, decimasq; feras, hic munera vota:
 Hic cælo spectante, procul cuiusq; remoto
 Arbitrio, procul hoste, tua cum prole, ministro,
 Leuitaq;, lares tecum sociante, negetur
 Cùm proprijs, epuleris ouans: Et carnis amore
 Tactus, honos si fortè tuis à manibus edis
 Distet, ouis nunc ense, bouis nunc guttura rumpas,
 Nunc pecudis, sine lege, domi, seu labe notata,
 Seu nulla; abstinuisse velis (quoniam ille, refundit
 Quem iecur, his anima instar habet) modò sanguinis
 Hunc sitiens impunè bibat sine terra profanū, (esu:
 Ara sacrum. Sic iussa gerens vt claustra, nepoti

Secu-

Secula per numerosa, tuo mereare fauorem,
 Et cultum execerere, quibus prior incola natos
 Ausus (atrox horresco nefas) maculare, deorum.
 Suadenti, prædicta licet vel visa secundans
 Fatilego fors firmet, eum, ne crede (probatur
 Hoc, tua quàm stet certa fides) verùm eripe vitam,
 Quòd petat, immemorem esse Dei, quo flumina Nili
 Auspice, quo soluente iugum famulare relinquis.
 Suadenti quoq; (quisquis is est, vel sanguine iunctus,
 Vel coniunx, vel amicus) eum, ne fide, sed audax
 Fata para lapidesq;, tibi quibus ossa caputq;
 Obtritus vulgoq;, cadat, furialiter ausus
 Te sceleris docuisse vias, dubiumq; Iehouam,
 Quo duce fugimus arua Phari, ne tale quid vnquã
 Israël tremefacte, velis. Quid? Fama vagetur
 Si qua, superstitiosa suis quòd cultibus urbem
 Gens aliquam accierit, furtim progressa, tuarum:
 Impietatis & esse ream rimaris, adacta
 Protinus obsidione premas, ac milite portis
 Immisso, des stragem hominum pecorumq;: plateis
 Gaza etiam aggesta, igne ruens trahat illa ruinam,
 Et iaceat cinis; inde domum libamina prædæ,
 Detestabilioris opes, te nulla ferente,
 Ut creturus, amere Deo. Certè instar amandus
 Natorum, non scinde genas, non velle capillos,
 Luctu humilis. Gens sis vt ei, prior omnibus Orbis,
 Displiceant immunda tibi. Quod ruminat herbam,
 Et pede quod bifido est, vt ouis, bos, capra, pygargus,
 Caprea, ceruus, oryx, dama, alce, bubalus, vrus,

R 5

Ora

Ora iuuet. Non ora iuuet, quod ruminat, vnguis
 At solidi, ceu doctus onus graue ferre camelus,
 Et lepus, & gaudens errare cuniculus antris:
 Susq; , licet dissecta pedes, insuetaq; passo
 Antè cibo, pasci. Ora iuuent, quibus vnda natatur,
 Squamigeri, vacuusq; quibus discurretur aër,
 Plurhipedes. Non ora iuuent, regina volucrum,
 Accipiter, miluus, fuluis haliaetus alis,
 Vultur, onocrotalus, cygnus, gryphs, galgulus, ibis,
 Porphyriion, nisus, coruus, pica, ardea, coccyx,
 Struthio, nyctimene, bubo, larius, & pupa, mergus,
 Cum colubris virides quæ lenta cicoma ranas
 Dilaniat, ductumq; tenet quæ vespere nomen;
 Atq; volans, quod repit humi: demt omne cadauer.
 Vescatur tamen hospes eo. Non hædus abeno
 Dessumet, quem mater alit. De fertilis anni
 Frugibus ac liquidis decimas, de bobus & agnis
 Primitias esurus, edas stata munera templo.
 Has longum si tardet iter, vende, atq; profectus
 Numinis ad delubra, alijs muta ara, domoq;
 In partem veniente dapum, latare: secundas
 Et, te seiungente, tulit quas tertius annus,
 Fer, decimas Leuita legat, vidua, orbis, & hospes:
 Fortuna quò, quicquid agas, te riuus inauret.
 Tum requiem, sacer ille Deo, tibi septimus annus,
 Iusticiamq; ferat. Ciuem tunc, atq; propinquum
 Sanguine, siue loco, non posces debita, posces
 Externum. Vt ditè, procul mendicis inopsq;
 Sit. Tu mutua nulla petes, dabis omnibus vnus

Genti-

Gentibus, ac iuga nulla ferens, dominabere viclis.
 Eripiat si casus opes (vt sapè futurum,
 Sorte agitante humana, scio) cuiusq; tuorum,
 Haud egeat, te corde fero nimis, atq; negante
 Mutua quæ rogat ille, redit qui septimus, anni
 Ob legem: ne dira precans tibi forsitan, obsit.
 Emptus, sex annis quicunq; vocauit Hebræus
 Te dominum, vel Hebræa, vocet te deinde patroni:
 Seruitio nec inanis, vti tu munere letus,
 Excat. Haud exire tui dignatus amore,
 Ac ruptam subula, ante domum, signosior aurem,
 Obsequio tibi semper eat. Sacram esto Iehouæ
 Primæuum, mas omne, pecus: non arua iuuentus,
 Non ferrum experiatur ouis; daps annua templo,
 Mantæ, domi; absq; cruore tamen: socialiter omni
 Immundo mundoq; thoris epulante quietis.

NONI LIBRI
 FINIS.

BIBLI-

BIBLIDOS

Liber decimus.

Recipue, decorante nouis sua iugera Vere
Frugibus, ad que Ihoua colet loca, Pha-
se celebra,

Nocturna memor inde fuga, solenne, licenti
Nunc ouium, nunc cade bouum, septem vsq; diebus,
Fermento sine, fata via tot acerba notante,
Reliquisq; dapum: Sed non in qualibet vrbe,
Nimirum iam Sole diem mutante tenebris,
Tempore quo tua terga fuga data. Vescere cocto
Sex lucas; requiemq; rebit que septima Ihoua,
Sancta vacet. Cum septem ierint a messe peracta
Hebdomada, noua festa litans successibus anni,
Atq; tui memor vsq;, domus, Leuita, minister,
Aduena, pupus, & orba viro, fac sacra frequentent;
Ac demum, spumauit vbi vindemia labris,
Secnarum que rite (dies septem illa) nouabis,
Leticia certante fremens: vt copia cornu
Ad plenum tibi manet agris opulenta benigno,
Quodq; facis, succedat opus. Tria festa quotannis,
Paschatis, Hebdomadismq;, Tabernarumq;, reuisat
Mas omnis, nec inanis: Humus cum fenore quicquid
Grata suo persoluit hero, donum inferat ara.

Qui leges, qui iura viri dent aqua per vrbes,
Perq; tribus, sint, nulla hominum grauitate, nec auro
(Assueto plerunq; bonas quoq;, ducere mentes)

Curuan-

Curuandi: doleatq; rei mala, labe carentis
Iusta, sit vt cuius merces sua, caussa triumphet.

Non lucus, non vmbra tibi texatur ad aram;
Effigies non vlla domi. Qui victima taurus,
Siue bidens, cadit ense, cadat sine labe piamen.
Quem, vel quam vesana virum nuruumq; coegit
Mens, diuos ambire nothos, aut sydera celi,
Causa mali, reus ausa luat, summotus ab vrbe,
Blasphemum feriente caput lapidum imbre frequen-
Nemo supplicium vita det teste sub vno: (tum.
Sub gemino ternoq; nocens det, vulneris ictum
Teste manu intentante, suum dein plebe rotante,
Vt parcat fortuna tibi. Si conterat anceps
Non vnum facile vna forum lis, caussaq; caussa.
Non cedat, non lepra lepra, variantibus illinc
Cordibus inde, tribunal adi, consulta petitum
Sede, coli qua Ihoua cupit: cenforq; Sacerdos
Que dictat, facturum abi. Securus eorum,
Iudice decernente, necem spera, omne periculum,
Quod genti pariturus eras, caturus, adactæ
Exemplo sapuisse tuo. Fatalibus arnis
Iam gaudens; ac reddat ijs qui iura, dat istis
Sentibus iste velut, dat vt illis ille, creando
Sollicitus de rege, Deus quem munere sortis
Prelatum externo esse volet, submissus honora.
Is celeres non cogat equos, non arma, ruinam
Egypro meditatus: iter quia vertere retrò
Fasa vetant. Non, quem tacitum bibat ossibus imis,
Colligat à thalami socijs vxorinus, ignem.

Non

Non studio teneatur opum. Solij auctus honore,
 Exemplar Legis Leuitas postcat, idemq;
 Descriptum, dum viuit, amet relegatq; , tenendi
 Et propugnandi vsq; memor, Ihouaq; timendi.
 Non, grauis ac longus populo metus, vnus in aula
 Respiciat ius omne suum, cunctosq; minores,
 Serius imperij nato indulturus habenas.

Gens Leui contenta sacris, non vlla profana
 Expetat. Huic bouis armus, ouisue, et viscera cedat,
 Huic fruges horna, hornum oleum, & cum vellere,
 Huic, ipso dignante Deo, solius ad aram (mustum.
 Cura ministerij. Leuites, tactus amore
 Quem legit sibi Ihoua, loci, concessa frequentet
 Sacra gradu, sociasq; dapes, cum parte paterna.

Compositus iam pace, deos prudentior horre
 Indigenas. Non nata, tuus non transeat ignes
 Lustrales natus. Non elice semina rerum
 Cum caussis abstrusa polo. Qui fulminis ignes,
 Qui vanas explorat aues, qui somnia captat,
 Quiq; Deum vel mente gerit, vel querit in extis,
 Et sacra qui nocturna mouens interrogat vmbra,
 Esto procul, res sacra Deo, funestaq; genti
 Ingressum nunc ante tuum qua tollitur, omni.
 Tu potius sape, quemq; tua de gente prophetam,
 Ore mihi & virtute parem, Deus eliget, audi
 Optatum sub monte, faces tenebrasq; vomente,
 Atq; tibi incutiente metum, gemitumq;: Loquentem
 Audierone impune Deum? tulerog; coruscum
 Flammaram fumiq; globis, victurus? Vt ille

Dicta

Dicta probans, mihi: Cuncta parem tibi, rettulit, olim
 De medio legabo tui vatem, ore potentem
 Mandatoq; meo. Sed & huic parere negantem
 Ulciscar. Qui fata, meo sine numine, vates
 Afflatus quocunq; deum stimulante nothorum,
 Enoluit, cadat ille. Meone sit ore locutus
 Compositoie, incertus habe signum istud: Agantur,
 An minus, hac qua certa, meo sub nomine, dixit.

Tres, interuallo aequali, medioq; plagarum,
 Designa, quò cade nocens confugerit, vrbes.
 Hic alium qui forte sua demiserit Orco
 Ignarus, non ante odio non arte peritum,
 Sed, cadunt dum ligna, manum fugiente securi
 Percussum, simul arma, minas, iramq; sequentis
 Vindicis, elabetur, & integritate retundet.
 Tum patribus promissa, tibi tandem omnia dante
 Arua Deo (modò cuncta libens praecepta sequaris,
 Ac me quod monstratur iter pandente salutis)
 Fac vt asylorum numerus duplicetur, & insons
 Nemo, scelus citrà, damnetur crimine mortis,
 Ne madeat tua cade manus. Sed sanguinis autor
 Insidij & fraude, licet quod adeptus asylum,
 Auulsus iure inde tamen Senioribus vrbis,
 Cognatum vlciscente manu, comes occidat vmbri,
 Et populo, qui labe vacat, commune piaculum.
 Limes, agro quem fixit auus, stet terminus aruis.
 Testandi ius haud stet (erunt qua iurgia cunq;)
 Vnius, sed in ore trium, sed in ore duorum.
 Ladentem & la sum conficilo crimine, stantes

Ante

Ante Deum seseq; simul tunc iuris & ara
 Custodes, vtrinq; regent, ac lite soluta,
 Quo reus afficiendus erat iam nomine pena,
 Actorem afficiant vanum, probriq; repertor
 Fraude sua ipse cadens, alijs documenta relinquat
 Omnino: Et pro vita animam, pro lumine lumen,
 Aurem pro secta auricula, pro dente molarem,
 Crus pro crure, manuq; manum sua talio poscat.

Obuia cui fers arma, videns grauioribus hostem
 Instructum longè esse, tua, animosior aude,
 Confusus praesente Deo, quo tela sequentis
 Fugisli ductore Phari. Summusq; Sacerdos (met:
 Stans aciem structam ante, animos his vocibus at-
 Israël, propiore gradu dum ferris in hostes
 Oppositos, fac corde etiam propiore feraris.
 Ne trepida, ne cede loco, sed prospera cadis
 Imnumera qua rumpit iter fortuna, secutus
 Irrue: victoremq; pedem cum laude reflectes.
 Per cuneos quoq; voce duces ingente ferantur:
 Quisquis ades, cui structa domus, sed dedita nondum
 Astat, eas, dedasq; cadens ne Marte, relinquo
 Consecrandam alij. Quisquis non publica gustu,
 Cui nuper sata vitis, ades, ne munere casi
 Fungatur diuersus, eas. Connubia quisquis
 Pactus, ades, capturus eas, ne gaudeat alter.
 Quisquis ades, quem degenerem timor arguit, obstes
 Ne promptis imbellis, eas. Tum quisq; cohortes
 Centurio feruente suas exscitit ira.

Quam bello petis, ante fidem da fœderis vrbi.

Qua

Qua gaudens, tendensq; manus, & mania laxans,
 Accipiat seruata iugum, pendatq; tributum.
 Indignata, morasq; pati obsidione, parata,
 Pulsetur, dum capta, viris pereuntibus ense,
 Seruitum ductis nuribus cum prole, rapina
 Hostiles ditante manus, procumbat in ignes.
 Sit casu longinqua pari, neq; debita fato;
 Debita, sexum vtrunq; trahat secum, icta Iehoua,
 Ne stanti, doceare deos, cultusq; sinistros.
 Oppugnans, qua poma ferunt circum, adde securim
 Arboribus minus. Illa etenim modo robora ligni
 Cruda, rebellantum nequeunt augere cateruas:
 Adde, ferunt qua nulla, alijs tamen vsibus apta,
 Et faciles ad danda, suos contra, arma, ministra.

Ignoto si fortè vjs autore cadauer
 Proiectum videatur, agri interualla Senatus
 Egressus metitor: & huic que proxima, tollat
 Urbs, nondum cui colla iugo signata, iuuenecam:
 Ac posita scruposa aliqua conualle, domantum
 Qua cultu & semente vacat, rorantia ferro,
 Leuitis ad sacra inibi peragenda ministris,
 Colla secet: deum ossa penes stans frigida casi,
 Atq; lauans palmas, vacca super, ore precetur:
 Hoc oculoq; manuq; mea ignorante cadauer,
 Tu populo mitesce tuo Deus, alme redemptor,
 Immeritum ne culpa trahat. Sic illa reatu
 Libera, sic tu liber eris, praecepta facessens.
 A domito reduci hoste tibi, si fortè caterua
 In capta qua puella sui, aspiramine forma,

S

Quo-

Quoq; nitet vultu ante alias, immittat amorem
 Atq; thori; deducta domum, detonsa capillos,
 Assuetis induta togam pro cultibus, vngues
 Circumcisa, sedensq; fleat fac mense parentes,
 In thalamum ventura tuum. Despecta, recedat
 Libertate noua consolatura pudorem.

E gemina, quarum illa placens, hac dignior ira,
 Coniuge, primauus qui natus, filius huius,
 Pra nato illius, quod sperat, id occupet haeres,
 Iure suo, duplex. Monitis parere parentum
 Asper, & ingenij duri, reus omnis agatur
 Nequitia, & ceruice patri protrahitur ad aures
 Iudicis, accusetur: Opum iactura mearum
 Degener hic, discinctus, & attenuator, amorq;
 Perditus, ad meliora modo neq; flexilis vlllo,
 Cur fruitur tam luce diu? Plebi occidat iclu
 Saxorum, exemplaris eum sectantibus horror.

Ob meritum quodcunq;, cruci suffixus, & exors
 Iam vita, ne noctis equi sub nubila spectent
 Pendentem (maledictus enim, & teterrima labes
 Telluris) mandetur humo. Non erret amici
 Te pecus inueniente vagum: ignotumq;, requirat
 Dam dominus, per septa foue. Sic omne repertum
 Redde: tene, sub morte iacens: attolle caducum.
 Faminea vir veste, viri fuge femina cingi:
 Ne res sis odiosa Deo. Visum arbore nidum
 Siue solo, quem prona fouet cum pignore mater
 Aut onis, vtroq; caue spoliare: Relicto
 Hoc praeda, volet illa leues elapsa sub auras.

Cel-

Celsa struis cum testis, necem cauturus, ab alto
 Praecipitem lapsu fabrum suffulciat asser
 Suppositus. Non vlla alio vineta virescant
 Semine, ne sanctus pariter sit fructus vterq;
 Non asino tauroq; simul nitatur aratrum.
 Panniculis lana & lino non vtere textis.
 Quattuor extremus vinculis stringatur amictus.
 Uxorem ducente, minus sed amante marito,
 Damnaq; cum libandus hymen, caussante pudoris,
 Signa socer socrusq; ferens ad iudicis vnam,
 Atq; palam sinuosa, probans integra, proteruum
 Ad multam centum siclorum & verbera cogant,
 Mansurum semper generum. Rea criminis vxor,
 Manibus & patris acta domo, quam cognita furto
 Polluit, expurgante scelus lapidum occubet imbre.
 Occubet impura cum macha prensus adulter.
 Virgine, dedecoris preciosior occubet emptor,
 Cum sponsa: Hac, quia voce stuprum non prodidit,
 Quodd soluendam alij, Zonam prurigine rupit. (ille,
 Viuat, agro vim passa, nefas pensante salaci.
 Hoc, quoniam celante iugi frondentis ab umbra
 Excipit, obtruncatq; velut, nil tale timentem,
 Latro viatorem, decus expugnare puella
 Proruit: illa, quod arua vagans per denia, nulli
 Auditam clamauit opem. Sed passa, nec vlli
 Sponsa, suam cui forte volens nolensue litauit
 Ceston, ei dum vita, dicet, de iure, patriq;
 Siclorum quinquaginta pro crimine multam
 Impetret. Ut suus extet honos, neuerentia lecto

S 2

Et

Et patrio sua, nemo velit vir esse uouerca.
 Ut templo sua, nemo spado sacra semiuir intret
 Limina, nemo notbus, decimum ad genus vsq; : Per
 Nemo Moabites Ammonitesq;, negatum ^(auum)
 Ob panem laticemq;, Pharo demente profectus :
 Et Balaam ob ratem, conductum ad iurgia, satis
 In melius conuersa tuis. Non fœdera tecum
 Ille colat. Colat arctia, gradu tibi iunctus, Idumes
 Egyptiq;, alienigena quondam hospes, alumnus:
 Accedatq; tuis generatio tertia sacris.
 Labe vaces, miscenda ferens in pralia dextram.
 Castris egrediatur, iners certamine Martis
 Nocturni, rediturus, aqua sub respere lotus.
 Egrediatur ijs, cui fortè molestior aluus,
 Non ligno sine; scrobisq; tegat repletus oletum :
 Ne, penetrat qui castra, tuos vt deleat hostes,
 Te modò confligente, Deum fœtore repellas.
 Suffugium qui verna sibi te transfuga legit,
 Non reuocandus hero, quam vult sedem eligat vr-
 Non lupa, non scortator in Israëlè feratur. ^(bem.)
 Non reditus aut lucra thori referantur ad adem,
 Vota licet, quia fœda Deo. Sine fœnore ciui
 Mutua des, alijsq; neges sine fœnore frugum
 Aut aris, ditandus ijs quæ suspicia, aruis.
 Persoluas promissa Deo, dilata ferenti
 Durius, & promissa miuus, minus vlla volenti.
 Vicinis teneras carpens de vitibus vuas,
 Vescere, quo libet vsq;, foràs nihil effer. Aristas
 Sic etiam, per lata means sata, carpe, volaq;

Atte-

Attere, sed non falce seca. Soluendus amore
 Coniugis vltiore, notam quam propter, inertis
 Quem secum ferat illa thoro dimissa, repulsam
 Fac breue quod testetur opus. Possessa marito
 Atq; iterum despecta alij, deiectæ raptò,
 Haud redeat, te digna viro : quia fœda ; Deoq;
 Sordida, ne maculetur humus, tibi tradita fati,
 Coniugio latere nouo, & solue annua, belli
 Atq; onerum immunis, quæ publica. Saxa molarum
 Infima cum summis, nunquam tibi pignora dentur,
 Una salus dantis. Gentilem fraude, vel arte
 Furatus, qui vendit, onus terræ occubet vmbri.
 Ne turpet te lepra rubens, veneranda capeffe
 Iussa Sacerdotum, Mariæ memor. Aera, datum iue
 A debente petens pignus, pete culminis extra
 Limen. Egentis habes si quod, Solem ante cadentem
 Redde, suo vt strato ipse cubans, & gratus, amicū
 Conciliet tibi numen. Opus, mercede peractum,
 Affice, ne requiem vmbra vehit cùm sera, laborum
 Latior, esuriensq;, tuus, siue exterus ille,
 Duriciem culpante tuam sordescq; querela
 Arguat, omnipotensq; suam tibi nutriat iram.
 Non nati luat ausa parens, non ausa parentis
 Natus. Eat, quas quisq; suo sibi quæsuit aëlu,
 In pœnas, moriturus. Opem miser aduena speret
 Orbatusq; tuam. Non figas atq; refigas
 Muneribus leges. Viduam quoq; pignore palla
 Non spolies, eguisse memor te, duraq; quondam
 Mutauisse noua iuga libertate. Manipulum

Oblitus, cum falce cadit seges, advena tollat,
 Pupillus uē, vel orba viro, patiaris, ut omne
 Quod facis, haud malè cedat opus. Patiaris, oliua
 Reliquias vitisq; legat, legat arboris idem.
 Lite forum exercente, reus tremat ora seueri
 Iudicis, & delicta luat: Seruetur at insons
 Actor. Et ille merens, coram ferat aspera tergo
 Verbera. Sed medicina modum haud excedat &
 Viginti bis; ne redeat laceratior artus. (ictus
 Non neste ora, gemit cui si uigibus area, tauro.
 Germani, sine prole animam exhalantis in auras,
 Germanus ducat viduam; nomenq; sepultum,
 Quo primogenitus letabitur, asserat euo.
 Detrectante fidem, mulier ius sueta reposeat
 Pacta, querens: Spreta me, nominis iste grauat
 Ducere cognati suscepto semine famam.
 Et stantis, viduumq; thorum, velut antè, negantis
 De pede detracta solea, sputoq; per ora
 Iniecto, fremet: Ista, placet queis buccina fama
 Degeneris, notet ista viros infamia cunctos:
 Nudatiq; pedem domus omnibus audiet annis.
 Rixa uiris alterna sonet si fortè duobus,
 Atq; suo succurrat, opem latuta, femurq;
 Apprendat superantis eum, dextra excidat vxor,
 Non maior, neq; libra minor, maiusue minusue
 Sit pondus, modiusq; tibi: sit iustus & equus.
 Fraudem etenim Deus atq; dolum rectissimus odit.
 A tergo quàm castra Amalec extrema, viaq;
 Et longa defessa fame, vexauerit armis,

Nil

Nil veritus magni arma Dei; iam sede potitus
 Volue memor, damnunq; datis vliscere damnis,
 Nomen & inuisum fac edax obliteret atas.
 Primitijs hic delatis ad templa canistro,
 Fare, Sacerdotem ante pium stans: Numine coram
 Profiteor, quòd rura colam fatalia ciuis:
 Ac munus cumulante sacris altaribus illo,
 Continua: Vexante Syro, Nili arua tepentis
 Maiores petière mei, non agmine magno;
 Sed pressi, gens magna, iugo, lhouaq; vocantes
 Auxilium sensère, manu per signa potente,
 Hos ad agros, qui lacte scatent, qui melle, reducti.
 Unde fero, quas terra dedit mihi sedula, fruges.
 Hoc dicto, oblatoq; tuis epulare vocatis.
 Frugum etiam complèris ubi decimam, atq; recur-
 Tertius annus, ut hospes ijs saturretur, ut orbis. (ret
 Ut Vidua, ut Leuita, fines, ita vocibus orans:
 Sacra domo, qua danda, tuli memor, inde nec edi
 Immundus lugensue, dsdi nihil inde sepulcro.
 Ergo adyto cernenda tuo, cernenda sedili,
 Placatus cape dona, Deus, populoq; soloq;
 Quod teneo te dante, faue. Viden, ista facessas
 Ut præcepta hodiè, ore canas ut temporis acta
 Præteriti graua, utq; habeat sibi grande peculì
 Momentum proprii, ille inbet, Deus ille deorum.
 Iussa q; quò magis ista queas seruare sub imis
 Pectoribus, superaris ubi pede cærula siccò
 Iordanis vada, montis Hebal insculpe politis
 Marmoribus, manifesta suis ea cuncta legenti

S 4

Cuiq;

Cuiq; notis : rudibusq; struens altare columnis,
 Nec tactis ferro, adde super libamen & exta,
 Tum conuiuare ante Deum. Prosperrima verò
 Qui dicant, stent inde iube super alta Garixim
 Culmina, sex, Simeon, Leui, crinitus Iudas,
 Et cum Beniam:ne Issacharus, mitisq; Iosephus.
 Hinc tumulo stent collis Hebal, qui tristia dicant,
 Ruben, Gad, Aser, Dan, Zabulo, Nephthaliusq;
 Leuitis clamore nemus complentibus omne :
 Effingens, inuisa Deo, simulacra deorum,
 Artificis solerte manu, statuensq; sacello,
 Sit dirus. Sit dirus, amen respondeat Echo
 Publica. Non patrem, non matrè quisquis honorat,
 Sit dirus. Sit dirus, amen respondeat Echo.
 Limite qui moto vicinos transfilit agros,
 Sit dirus. Sit dirus, amen respondeat Echo.
 Tiresiam quisquis fallit regione viarum,
 Sit dirus. Sit dirus, amen respondeat Echo.
 Iusticia captus qui praefert arbiter aurum,
 Sit dirus. Sit dirus, amen respondeat Echo.
 Incastrante thorum patrium qui prurit amore,
 Sit dirus. Sit dirus, amen respondeat Echo.
 Qui sequitur pecudes, natura scdere rupto,
 Sit dirus. Sit dirus, amen respondeat Echo.
 Integra germana qui tentat vincla sororù,
 Sit dirus. Sit dirus, amen respondeat Echo.
 Cui noctes soerus fert incastrata nefandas,
 Sit dirus. Sit dirus, amen respondeat Echo.
 Quisquis legitima fallit connubia tædæ,

Sit

Sit dirus. Sit dirus, amen respondeat Echo.
 Insidijs odijsq; caput qui iustius vrget,
 Sit dirus. Sit dirus, amen respondeat Echo.
 Munere corruptus, cædis qui dicitur autor,
 Sit dirus. Sit dirus, amen respondeat Echo.
 Hac Legis qui non audit præcepta, nec implet,
 Sit dirus. Sit dirus, amen respondeat Echo.
 At monitis plenus, populis prior omnibus ibis :
 Ingredièrè beatus, & egredièrè beatus.
 Florea fortunatus eris per rura, per vrbes.
 Embryo fortunatus erit pecorumq; tuusq;
 Fortunatum erit omne, nouât quod amicior æstas.
 Horrea distendet messis, diuturnior annis.
 Feruebit tua testa mero, feruente labore.
 Molitus tibi bella, via cum venerit vna;
 Per septem, terrente Deo, diffugerit hostia.
 Gens Ihouæ dilecta, alijs metueris, abundans
 Quem coniux, & vterq; parit grex, terraq;, factu.
 Thesauros referante suos cælo, imber & hortos
 Arentes, cum tempus erit, satiabit, & agros.
 Conducibis opes cumulate labore, rogandus,
 Ipse rogaturus nunquam tu, mutua gentes.
 Celsa caput tu, maior ijs, sub sydera tollens;
 Colla preme aliena, premet tua subdita nemo.
 Imperium perferre negans, & denius æquo,
 Atq; superstitionis amans, seruabere diris
 Casibus. Infelix fueris vel in vrbe, vel agro :
 Deficiet, plenum antè, penu : vacua horrea stabùt;
 Solibus exuretur humus : numerosus abortus

S S

Nunc

Nunc thalamum, nunc soluet haram: funestior illuc
 Inde ferēs referēsque pedem: conabere nisi
 Irrita: Conficiere fame: Cruciabere morbis
 Et lue: Constringere gelu: Liquaberis aflu,
 Dum pereas sensim. Astra tibi sint aenea: tellus
 Ferrea: quique obnubet eam, sit pulueris imber.
 Hostibus obiciere tuis, atque obuus una,
 Mille vijs dans terga, plagas spargēris in omnes,
 Ac pasces inhumatus aues impune, serasque.
 Ulcus aret scabiesque cutem, et prurigine Nili,
 Illunies ficosa nates, desitque medentis
 Auxilium. Qualis dubia irremeabile dextra
 Luctis inops, explorat iter, baculoque: tenente
 Sole diem medium tu non depressa retentes
 Suspensio ancipiti que gradu vestigia talis,
 Sic visus hebetante Deo, mentemque tenebris
 Inuolvente tuam furis que. Venena nocentum
 Linguarum suffusa bibas. Sit nullus, anhelos
 Et presso, qui portet opem. Laudem optet adulter
 De thalami consorte tui. Tibi sumptibus alter
 Nec consanguineus constructa palatia magnis
 Insideat. Socijs intexas vitibus vltimos,
 Verum alij musta inde fluant, qua libera potet.
 Te casus bos ante cadat, peregrina rapina.
 Pradam asinum vicinus agat grassator, ouesque.
 Seruitum vel natus eat, vel vulnere casus,
 Hostilem mucronem, oculos patris ante, cruentet.
 Plena metus sint cuncta tibi loca: torpeat armis
 Dextra, Soli sata leta tui metat hostis. Herili

Assue-

Assuescas dare colla iugo. Cum rege, regendo
 Quem sumpsi tibi, captus humi, qua distat, arabia,
 Et saxo lignoque deos venerabere, mundi
 Ludibrium. Conferta manu iactabis in agros
 Semina: rara refecta leges, rodente cicada.
 Vermibus attenuata cibus vineta patebunt.
 Effatus feruebit ager, morientibus herbis,
 Arcbunt olea: Stabit sine frondibus arbor:
 Tempestas truncabit olus, grando horrida fructus:
 Prata vorans rubigo teret: tepor ebibet ammes.
 Suppresso mandata tibi dabit aduena maior.
 Ipse caput, tu truncus eris: Ditabitur ipse
 Usura succoque tuo. Moror: agmine facto
 Te series immensa premet, sensusque malorum,
 Dum pessum consumptus eas, in crimina semper
 Cereus, incertosque deos, ritusque profanos.
 Angebunt te dira nimis portenta, tuosque
 Semper, ob abiectos monitus, ob tedia rerum
 Et, quibus accumulatis, opum. Frigebis, egebis,
 Esuries, sitiesque, tua procul vrbe, sub hoste
 Finibus irumpente tuis, ceu regia prapes
 Aut hado, aut lepori super incidit vnguibus vncis:
 Vox cuius non vlla tua sit consona lingua.
 Ipse procax, nec honore senis, nec inermibus annis,
 Aut sexu motus, metet obuia quaque, feraces
 Sternet agros, pecudesque trahet, vinetaque cadet,
 Ac flammis tua tecta dabit. Cum manibus vrbes,
 Fidebas quibus ante, ruent. Tu segnior intus,
 Natorum, simulante fame, laxabis in artus

Ora

Ora. Tener, turgensq; epulis, & mollior agno,
 Heu cibus inuidiosus erit. Quem glutiat vxor
 Ipsa; tuis rapiet, sua viscera, faucibus armum.
 Mollicie modò docta pedes vix ferre, negabit
 Mandendum patri, rabiosa puerpera factum,
 Atq; secundinas diuellens dente cruentas,
 Illuicemq; vteri ore bibens. Nisi feceris omne,
 Quod Ihoua lex scripta iubet, nisi nomen ad eius
 Horrendum augustumq; tremes, grauioribus (ipso
 Aegypti reuocante dies) nec nomine certo
 Expressis numeris modo, luctabere fatis,
 Dum minuire, poli antè licet numerosior astris.
 Utq; prius tibi fata Deus meliora peractis
 Iungendo, generisq; tui incrementa per euum
 Augendo, fuit ipse sibi gratatus: agendo
 Te sic in casus porro gratabitur omnes.
 In gentes spargéris, inops à cardine mundi
 Ad Boreæ Cauriq; domos, vbi numina primis
 Patribus ignorata, coles. Sine sede quicta,
 Huc illuc rapière vagus, serasq; fatisces
 In lacrymas, miserosq; metus, animiq; tumultus.
 Optabis pro nocte diem, pro luce tenebras,
 Longa animã sub morte trahens. Reuehère carinis,
 Ad iam non adeunda Phari pede rura: Sub hircio
 Stabis ibi mangone, tuo nec eméris ab hoste,
 Mancipio (quia triste nefas) abiectior omni.
 Quin igitur sapis. Ecce nouum tibi sancio fœdus
 Et priscum, firmante Deo. Qui gesserit aula
 Res quantas Pharia, reminiscere, visaq; coràm
 Signa.

Signa. Vides quippe, atq; sapis sat doctus, & audis.
 Ecquid humo, quæ tetra situ, dum sedimus annos
 Tot, nobis dirupta fuit toga? Calceus ecquid
 Tritus? & haud vbi copra, fame defecimus ecquid?
 Ecquid, vbi non vappa, siti? Sine numine Ihouæ
 Nolo putes, ductore vix quo tendimus istis,
 Quæq; Sehon Ogusq; prius, nunc culta tenemus.
 O memori, moneo, ista diu stet gratia pacti.
 Stas equidem plebs ante Deum, stat turba Senatus,
 Stat doctor, stat quæq; tribus, cum prole parentes
 Statis; & hos qui sponte tua colis advena cætus,
 Quiq; operam mercede lœtas. Ab stemus alacres
 Fœderibus monitisq; Dei, quæ firma retentat
 Ipse, prius testatus auis se numen, & vnam
 Nos gentem, quæ chara sibi. Neq; iura nouantur
 Hæc nobis modò, lucis adhuc qui vescimur aura:
 Venturis sed, & hisce locus quos summo uct oria.
 Stet nobis ante ora. Phari præpinguis vt agros
 Linquendo, populosq; per & tot regna vagando,
 Viderimus, dementarit quàm perdata gentes
 Relligio, quàm mirus honor, fabricata colendi
 Numina, seu ligno, seu marmore, siue metallo.
 Cui vestrum, vt sua sacra negans, certissima Ihouæ
 Prodigijs, probet illa, furor iam tantus, & vndans
 Felle iecur? Si fors quis eo lymphante calefcis,
 I saltem, spretoq; Deo tibi somnia finge:
 Laturusne sit ille sui ludibria, cernes.
 Non vires sic ira tenax collegerit vnquam.
 Heu ferient caput ista tuum mala cuncta, libello
 Qua

Quae dixi, rodetq; dies rubigine nomen.
 Atq; nepos, aliusq;, videns ea dira, solumq;
 Exustum flagrantem polo, tot & aspera rerum,
 Quae Sodomam afflixere minis, fontemq; Gomorrhā,
 Et Seboin, Adamamq;, Dei prohi diruta Zelo
 Oppida, nec referenda, nec exertura quid herba
 Amplius; hoc & inane chaos miratus, abunde
 Audiat: Ah secunda Deum, quia tempus ab oris
 Niliacis gens ista ducem, proauitaq; pacta
 Deseruit, simulacra colens aliena: ruina
 Subiacet, accensamq; tremat magis vindicis iram,
 Et laris & patria exul egens. Hoc turbine fati,
 Alternas per eunte vices, communiter actus,
 Ac sero transacta gemens cum prole, recessum
 Sis ultra Zephyriq; licet summotus, & Euri:
 Gentibus eliciere tamen simul, arua Iehouae
 Auxilij ad auita redux, & crebrior isto,
 Nunc quo tendis iter, numero. Praecordia, discas
 Ut iussa ire via, circuncidere, tuiq;,
 Cladibus in validos retrosilientibus hostes.
 Voce Dei tu plenus, ages praeccepta, beatus
 Ter quater, vbertate soli communis, & alui.
 Plena renascetur fortuna, Deusq; nepotes
 Respiciet, respexit auos quo lumine priscos,
 Delicias curasq; suas, mandata verentes
 Nimirum Legemq; datam, cum simplice ritu.
 Viribus haud maiora tuis ea, fixa hinc caelo,
 Atq; idem culpanda: Quis o nostrum, inde petendum,
 Ascendens, animis, oculis, & digna docebit

Auti-

Auribus? Haud etiā illa si eti trans stagna, queraris
 Ut merito: Quisnam ibit eō nostrum? inde quis vltro
 Discenda & facienda, feret? Sed et ore, quod optas,
 Circumfers & corde tuo; vitamq; bonumq;,
 Ac mortem prauumq;, Deum vt vereare, viusq;
 Quas debes ingressus, ames mandata tremasq;.
 Victurus, pacante, petis quae rura, quiete:
 Indignans, & vana colens errore proteruo
 Numina, reuicieris ijs, mittendus ad umbras:
 Teste, iterum quem iuro, polo terraq;. Quid ergo
 Est, certa quod damna velis praeferre saluti,
 Nec parere Deo Zebaot? Qui vita, tuorum
 Qui tenor, & sublimis honos, numerusq; dierum,
 Patribus indubitata, tibi dabit arua colenda.

Sic iterum plebem ille docens iterumq; monebat:
 Bis vita duodena mea quinquennia claudens
 En hodie, impatiensq; pedem ferre atq; referre,
 Qui mihi: Nou transibis, ait iam sapius, annem,
 Mansurus cis, deinde ducem tibi linquo Iehouam
 Et Iosua, victuq;, Sehonis ad instar & Ogi,
 Missorum sub auerna, leues denuncio gentes,
 Quas belli fors vna trahat lacrymabilis omnes.
 I modo, depositoq; metu spem feruidus, vrge,
 Praeside sat bene tutus eo, nec defice ceptis
 Iosua, tu qui dignus ijs assumeris vnus:
 Ac postquam, praerunte Deo, fatalibus aruis
 Institeris, sortire domos ac mania vulgo.

Haec vbi dicta, simulq; forent signata papyro,
 Patribus & famulis placiti portantibus arcam

Fede-

Fœderis, asseruanda dedit : Septem ordine lapsis,
 Vociferans, rebus vocante videlicet anno
 Ocia, quando Deum ante, loco præstante, sub umbra,
 Festa coles omnis genialia sexus & atas,
 In cœtu mandata legas discenda frequenti,
 Atq; metu seruanda Dei, seroq; nepoti
 Inculcanda, reget fragiles dum spiritus artus.

Fans ita, cum ductore nouo in penetrabile vocatus,
 Quandoquidem suprema sua necis hora propinquet,
 Constitit, ac manifesta Dei simul ecce, sub ipsum
 Gloria vestibulum, prærupta nube, coruscæ,
 Orantisq; : Vrgente patrum vestigia sanctos
 Ad manes te, turba nothos peruersa resumpto
 Ingenio colet ista deos, & fœderis icli
 Immemor, improbitate meam stimulauerit iram.
 Unde etiam deserta mihi, iactataq; rebus
 Aduersis, sese proiectam certa, queretur,
 At frustrâ. Ob delicta, forem quia vocibus obdam.
 Ergo nota, quem dicto, nepos & concinat hymnum
 Assiduè, sese pignus meq; inter. Et istli,
 (Quæ patribus promissa, sero, quæ necltare manat)
 Inductum tandem nostro quid numine terræ
 Profuerit? cum plenus opum, rerumq; , dapumq; ,
 Dignaturus honore meo sit saxa trabesq; .
 Esto. Malis quoq; quando suis luctabitur ipse,
 Hac stabunt monumenta mei. Nam præscio casus,
 Et cordis secreta tuor. Sed Iosua vires
 Accipe, sistendiq; suis ius sedibus istos,
 Præsidio nixure meo. Vix dicta notârat

Amra-

Amramides, tribuiq; Leui seruanda probârat,
 Cum proceres plebemq; ciens, postquam ore rigentē
 Ceruicem exprobrasset cis, petulantia questus
 Iurgia se viuo, peioraq; fassus adempto,
 Ac cœli terraq; fidem testatus abundè,
 Tum dextra tranquilla iubens, ita voce suprema
 Occinuit : Quæ iussa loquor, cognoscite cœli ;
 Et terræ ad cygnæ mei verba oris adesse :
 Ceu grando doctrina sonet mea ; roris ad instar
 Eloquium, humectantis agros, cadat; imbris & her-
 Tingentis; lapsaq; super noua gramina stilla. (has
 Nomen enim voco grando Dei, plenissima cuius
 Sunt opera, & bona iura, via ; quas vndiq; fidi,
 Et iusti, rectiq; , nocens cur deseris atas ?
 Cur pensas bona (stulta) malis ? cur premia reddis,
 Quod genuit te, vestit, alit, regit, atq; tuetur,
 Ista patri ? Pete secla retrò, seriemq; require
 Amorum, & scitare patrem ; discesq; , quod inde
 Dispersis, à turre Babel discorde, per orbem
 Gentibus, ipse suo quamuis concluderit agro,
 Hebræamq; sibi secreuerit omnibus vnam,
 Vt propriam. Quid ? Plena metu & deserta tenentē,
 In loca fertiliora, minùs dignam, ipse vocauit,
 Atq; sui pupillam oculi, docuitq; , tulitq; .
 Mollius haud, maternus vbi tepor oua resoluit,
 Et sensim excusso salijt noua germinet proles,
 Nunc fouet implumem, nunc succrescentibus alio
 Nitentem, celsò producit in aëra nido,
 Insolitaq; subire via docet armiger ales.

T

Unno

Unus ei dux ipse fuit, dedit vnus & ipse
 Arua, soli vberitate sui cedentia nullis:
 Sudat vbi petra melle, oleo durissima cautes;
 Lac largum poscuntur oues, armenta butyrum,
 Et fœtus adipem. Sed ijs onerata, meroq;
 Ebria, crassa, teresq;, dijs & dedita fœtis,
 Desciuit factore suo, meruitq; salute
 Proiecta exitium, & spreto Omnipotente, litauit
 Demonibus, quos nescit auus: Genitorq; videret
 Ac ferret Deus? Absit, ait, detestor alumnos
 Degeneres, oculisq; meis dedignor, in iram
 Versus, ea leuitate, sue penam vsq; datura
 Stulticia. Quæ flamma animis exarsit, auerno
 Impingenda, soli montisq; frequentis aduret
 Fundamenta. Grauabo mali genus omne, pharetra
 Grande renodatos absument pondus in arcus.
 Membra dabunt lanianda feris auibusq;, peperit
 Fortè quibus ieiuna fames. Foris ense, pauore
 Intus, anus, vir, alumna, puer, lactensq;, senexq;
 Concidet, ac matrona; sua cum sturpe, vereretur
 Ni probra insidiosa mihi intolerabilis hostis,
 Esse suum iactantis opus, non numinis illud.
 Et rationis inops, casus gens nosse futuros,
 Heret adhuc & ignara, viros quod mille feroces
 Vnicus, & bini quod millia dena iugarint,
 Me trepidos addente metus, ad summa coactis,
 Qui plures ignoro deos, qui discrepo vanis
 Iudicijs, qui muto bonis vineta Gomorrhæ
 Et Sodomæ, qui felle botros, qui mella veneno.

Hæc

Hæc cura decreta mea: mihi debita soli
 Ultio, quæ stat iam ante pedes: tamen illa merenti
 Mitior, & data fræna sciens moderarier ira.
 Ast vbinam, spes tanta, dijs, quibus exta vorabas
 Sacra, quibus libata foco quoq;, vina bibebas?
 Quid seram cunctantur opem? Tandemne putabis,
 Me præter, non esse Deum? qui temporâ vitæ
 Adyicio, demoq; neco qui morte, vocoq;
 Et cui non mea dextra tremor? Quam sicubi celo
 Tendo (potest quis) in omne Deum me glorior eum.
 Mucronem cum stringo meum, pauet hostis acutum.
 Purpureo madet ille, madent mea tela cruore.
 Quin populû gens omnis, amat quæ thoua, celebras,
 Quod veniâ mereatur, atrox dum plebitur hostis?
 Quare age, nûc mihi dicta, tuis admiste medullis,
 Et sobolem repetita doce, seruataq; comple,
 Nec frustra, præcepta, puta; præcepta sed omni,
 Quæ faciens, Iordanis aret data rura superstes.
 Fimierat. Cùm voce Dei præsentem monetur:
 Celsi Abarim conscende iugum, cui Nebo coheret,
 Prospectus Iericho vnde patens, in & arua Moabi;
 Ac Chanaâ vestigia oculo, hinc venturo ad umbras,
 Frater vt ex Hor monte; mihi diffusus vterq;
 Et mala dans exempla suis, ad murmuris vndas:
 Vestigia saltem (inquam) oculo. Nec enim ibis ad illâ.
 Ergo mori iam certus, aue lacrymantibus istud
 Reddidit: & Sinai, eiq; Scir Deus ortus, & alto
 Colle Pharan, secumq; trahens multa agmina diuû,
 Flammanti dextra Legem prætendit atrocem:

T 2

Illo

Ille hominum, quos fecit, amās. Bene subiacet, eius
 Qui genua ad miserata cadit, bona iura docendus,
 Quæ docui vos cuncta, meos. O terq; beatus
 Et quater, hæc quicumq; dehinc in regna vocatur.
 Viue Ruben, numeroq; minus caput exere magno.
 Vota Deum in non cassa vocans, sociaris Iuda,
 Quos bello tutare, tuis. Cultura, probato
 Ad fremitus concordis aquas, Aarone profecta,
 Quanta Leui tua? Digna suum certè illa parentem
 Et fratrem ignorante: tuam libantis ad aram
 Munere, succensiq; Deus capiaris odore,
 Quoq; diu iam fulget, eam digneris honore,
 Citra odium inuidiamq;. Tibi dilectus amore
 Beniaminus flagrante, colens & testa quieta,
 Pendeat à ceruice tua. Cumuleris, Ioseph,
 Fratrum par illustre, Ephraim, pulcerq; Manasse,
 Muneribus terræ, cali, rorisq;, lociq;
 Quicquid vbiq; coronat humum largo vberè rerū,
 Atq; fauore, mihi dumo ex ardente locuti.
 Tu fratres sacer ante tuos, tu more iuueni
 Luxurians, cornu tu Rhinocerotis adunco
 Terribilia, gentes agitabis ad vltima mundi.
 Egressu letare tuo; bone Zabulo: tecum
 Issacharus quoq; pace fruens, adsciscat amicos,
 Nec sit eo pietate prior sacrisq; litandis.
 Lac quasi, stagna refusa maris sugetis vterq;
 Sidonij, baccasq; rubra quaretis in alga.
 Pusillus humi ceu terga leo villosa resoluit,
 Gad tollens sublime caput, pollensq; lacerta

Et letus sceptro, socijs augebit honorem
 Artibus, officijsq; fori. Dan, exerit vngues
 Ut catulus, fuluiq; graues patris horret in armos,
 Haud locuples tellure Basan, in regna labora.
 Diues opum, freta puppe secans, calidã excute Zonã,
 Nephthalides. Nec honore minor tu fratribus, Aser,
 Formosos oleo vnge pedes, auro induc suras,
 Loricam circunda humeris, tege casside vultus,
 Bellatorq; leui consiste tremendus in hasta.
 Ut tibi erat iuuenile decus, sic cruda senectus.
 Quo robur præbente, viges, Deus astra gubernat
 Unus: eoq; mouente, volat caua nubila cælo:
 Unde, sua ceu sede, videt qua subitus, & hostes
 Clade tuos ingente domat. Placida oçia vite
 Israël securus ages. Tibi prodiga fruges
 Fundet humus, tibi vina; tibi rorabit Olympus.
 Quam gentem assimilãro tibi? cui sola salutis
 Anchora, cui clypei calamen, & ensis honoris,
 Ibona potens, cui colla dabunt calcanda tyranni.
 Dixit. Et aduersi iuga montis in ardua nixus,
 Quo Galaad, Dan vsq;, patet, quæ Nephthalis omnẽ,
 Quemq; Iosephiada tractum insedere, sub Austrum
 Oceanumq;, & amœna rosas palmasq; vireta
 Dilatant Ierichuntis vbi, Segor vsq; notauit
 Desuper, ostendente Deo, iurataq; magnis
 Hac atavis, nunc certa etiam affirmante nepoti
 Arua, oculis spectet quæ, non adeunda. Relinquat
 Hic vitam. Dedit ille simul, conualle Moabi,
 E Phagor regione, locum agnoscente sepulcri


Nemine, cōponente manu Omnipotentis humatus,
 Lucis vbi duodena sua bis lustra peregit,
 Dentibus haud motis, nec caligantibus vnquam
 Luminibus: fletusq; suis, triginta diebus.
 At nouus impleuit Nunida spiritus artus,
 Auguris imposta dextra; plebesq; volenti
 Prompta ducem ceruice tulit, mandataq; gessit.
 Non tamen Aniramida vlla parē vatē edidit etas,
 Cui voces audire Dei, cui reddere coram,
 Tot signis tantisq; , datum, quot quantaq; regem
 Ac gentem afflixere Phari, Israële vidente.

DECIMI LIBRI
 FINIS.





LIPSIÆ,
 IMPRIMEBAT MICHAEL
 LANTZENBERGER.


Anno M. DC.



O. Speer's
Buchhandlung
Munich, Germany







A Catalogus

Biblicos


libri X

Lat. rec.

II.

Oct. 569







Calagius
libros
libri X

cat. rec.
II.
1769

